cludit motiuum eorum. q2 licet uilli latitudinales
⁊ longitudinales sint ad diuersas operationes, ut
ad attractionē ⁊ expulsionē, ⁊ vna operatio uidea
tur aliam impedire, non propterea est concluden
dum. qd̄ oporteat istos uillos in diuersis tunicis ēē
contextos, quia possunt taliter disponi in una tu
nica, ut uilli longitudinales non impedient latitu
dinales. ⁊ hoc p̄cipue quādo illa tunica erit spisse
et sollide substantie. ut est intrinsica tunica matri
cis multum uenosa. nam in p̄te magis intrinseca
situātur longitudinales, ⁊ in p̄te magis extrinsica
situantur latitudinales. Et hoc est quod dicit tex
tus. Et istud quidem non est possibile ut dicāt. i.
non est hoc generaliter uerum, ut patet in tunicis
uenarū et uesica que. s. ex unica tunica tm̄ cōstitu
untur. ⁊ tm̄ sunt mēbra paniculosa ꝯtinētia ⁊c. nō
est ēt uerū de matrice habente duas tunicas. et
si littera dicat ubi, de quo paniculorum falsificaẗ
qd̄ dictū est ut de paniculo intrinsico. ⁊ sic est lit
tera clara. Et si littera iacet nisi, debet sic exponi.
Et matricis in quibus falsificatur, ut dictum est. ⁊
supple non est uerum qd̄ dicit nisi de aliquo pani
culorum uel de aliquo membro paniculoso, ut sto
maco intestinis ⁊c. prima littera mihi magis pla
cet ut dicat ubi de aliquo, et non dicat nisi. quomo
docūq3 reperiatur, habes litteram claram ad eun
dem tamen sensum retorquendo ⁊c. Sed circa
unum hic suppositum. cadit una leuis dubitatio
quoniam supponitur uesicam habere tantum uni
cam tunicam, et. d. Auic. tamen. xix. tertij capi
tulo primo ponit eam habere duas tunicas. Jde3
dixit auerroys primo colliget. Ad hoc potest dici
duplex respōsio. prima est qd̄ uerū ē quod h3 duas
tunicas secundum ueritate3. sed unicam tantu3

habet. secundum apparentiam, quia sunt occulte et inseparabiles. uel aliter etiam melius dicatur quod uesica non habet nisi unicam tunicam totam eius capacitatem ambientem, secundum partem autem ipsius habet duas. s. secundum partem illam secundum quam ad uesicam pertingunt pori uritides. ut secundum partem superiorem ipsius. Si enim unica fuisset tunica solum, repleta uesica, potuisset urina regurgitare uersus renes aut etiam comprimēdo partes pectinis debuisset sursum ascendere urina. cuius oppositum manifestat experimentum. fuit ergo expediens ibidē esse duas tunicas perforatas foraminibus non directe sibi appositis per que defert urina in uesicam. Unde cum intrat primam tunicam, labitur supra superfitiem secūdo usque dum occurrat foraminibus in secunda tunica et ibi ingreditur in concauitatem uesice et sic impleta uesica et extensa tunica ipsa quo ad partem superiorem tunc occurrunt foramina interioris tunice. tunice superiori, et sibi inherēt et proinde quātomagis vesica repletur et extenditur tātomagis prohibetur exitus urine, vt loco eodē. Ad propositum itaque nostrum. quia pars superior uesice fuit i creatiōe tenuis preter alias utilitates, fuit cōueniens uesicā quo ad illā partē habere duas tunicas. ut potuissent uilli, qui sunt instrumēta uirtutū, cōuenienter disponi. quia in unica tantum non potuissent secus esse de parte inferiore ipsius uesice que creata fuit spisse substātie. quia super fundum ipsius residet aquositas mordicatiua, potuerunt ergo genera uillorū in eadē taliter disponi ut sese nō impedirent in operatiōibus. et hoc sufficit dño. Auic. ad probādū contra illos etc. Sequitur alia pars Et ista duo sunt etc. In ista parte postquam specialiter diuisit superius posuit anothomiam mirach et siphac ponēdo cū hoc ipsorum utilitates, iam sumatim colligit ipsorum amborū simul iuuamētum quoddā generale. et duo facit, nā primo facit quod dictū est. secūdo ipse ponit quēdam modū cōpositionis et terminatiōis ipsorū apud pectinē. secūda ibi, Cūque perueniūt ad pectinē dicit primo quod ista duo uellamina, i. isti duo panniculi tutamina sunt uiscerum cōcauitatis inferioris, i. organicorū mēbrorum cōtentorum in cōcauitate inferiori. et clara est littera. dicit secūdo. s. descendendo, quia ipsorū origo ut supra dictū est versus diafragma, Fiunt in eis duo foramina stricta quasi ambo sint per que trāsit lombare dextrum et sinistrum in eis inseparabilia donec fiāt sicut due kistes duorū ouorū, pro intelligentia cuius secūdi dicti sunt quedā notanda maxime ad intelligentiā terminorū, quia talis recta intelligentia multum proficiet sequētibus. primo ergo aduertēdum quod per pectinē debemus itelligere partem illā uentris, que est circa os femoris in fine illiorum et circa radicem virge in uiris, et circa os extrinsicū vulue i mulieribus, secundo aduertēdū quod per lombare intelligunt hic medici suspensoriū uel suspensoria testiculorum, non dico bursam testiculos suspendentem, quia talis a medicis appellatur osseum et aliquādo eā appellauit

s. pudendum, aliquādo uirile. Sed per lōbaria intelligere debemus uasa seminaria dicta, que tātum sunt duplicia, quoniā quedā super testiculos sunt posita et ad eos terminātur ad extrema superiora testiculorum deinde descēdūt ad aliud extremum inferius deinde iterato sursum ad eadem extrema reuoluūtur. unde talia dicta sunt inuoluta et uocātur preparatoria, quia mām spermatis testiculis defferendo disponūt et preparant, et huiusmodi uoluit. Ari. sperma generari et nō in testiculis, quidam seruiūt testiculis seruitio dellatorio tantum defferendo ipsum uerū sperma uersus radicē uirge deorsum prius descēdendo uersus anum et collum uesice deinde ascendendo ad radicem uirge ut tādē per canales proprios uirge defferatur in locum debitū cōceptionis. hoc dictū est in uiris, similiter ēt et in mulieribus reperiuntur etc. tamen multum differenter quorū diuersitas ad pñs adducere nō cōuenit. unū tamen non tacebo, quod est de mente. S. 14. de utilitate particularum, quod fortasis in opere utilitatem afferet. s. quod huiusmodi uasa, ut in fen patebit, in uiris non circūuoluūtur testiculis ne ipsis immediate adhereant et cōtāgāt sed inter ipsa et testiculos cadit una caro media glandossa, non sic autē est in mulieribus sed imediate testiculos tangunt mulierum. Et hoc propter laxitatem testiculorum uirorum respectu uasorum suorum solidorum et durorum respectu vasorū in mulieribus cōparatione suorum testiculorum. modus autem originis horū uasorum ē dextro et sinistro in aliquibus cōis et in aliquibus differunt, conueniunt quidē, quia quodlibet illorum originatur supra renes et eodē modo contexuntur et eisdem consustentantur. sed differunt, quoniam lombare dextrum originatur superius a uena kilis. et artaria adorti imediate in directo renis dextri, lombare uero sinistrum non originatur sic sursum ab artaria uel uena kilis per dorsum protēsis sed imediate originatur a uena emulgente ad renem sinistrum terminata. Modus autem specialis originis talis est. quoniam a dextra corporis parte coram rene dextro a corpore artarie et uene kilis per dorsum descendentium originantur rami plurimi ferē per totum et paucissimi ab artariis et uenis emulgentibus tendentibus in renem dextrum qua siquidem rami multipliciter contexuntur unde in vnum corpus sunt protensi infra renem ipsum dextrū. In parte uero sinistra a uenis et artariis emulgentibus tantum originātur plurimi rami, qui tandem ēt per fortem adinuicem comixtionem infra renem sinistrum in unum corpus protenduntur, et tanta est istorum anfractuum ramorum facta uehemens inuolutio et comistio, quod si uelles unum istorum ramorum incidere, non posses sine alio uel aliis. Et hoc est quod
20. dicit. d. Aui. fen tertii capitulo. i. cū dixit Et i meatibus quidē uenientibus ad duo oua, i. de istis uasis uenientibus ad testiculos, Est ō uenis pulsatilibus et quietis plurimū ramificatis ex uena pulsatilli et uena quieta que sunt due radices ramifacantes plurimorum anfractuum et inuolutionum. que tā

diu ramificantur. supple et cōmiscentur donec in cisio tua, quam in una illarum duaruꝫ facis supple uel facere intendis, sit similis icissioni tue quā facis supple uel facere intendis in pluribus uenis ꝛc. Sūt ēt huiusmōi corpora sustētata carne glādosa quadā. Et ex his dictis patet claꝝ uerbuꝫ .d. G.xiiii. de utilitate ꝑticulaꝝ cum dixit. Adinuenit natura uasis spermaticis longum quoddaꝫ corpus ꝛ uaricosum ꝛ cōcauum amplians ꝛ dillatās usque plurimum undique sicut possibile erat ad suceptioneꝫ copiosam multi spermatis ꝛc. Et ex hijs omnibus corolarie patet primo ueritas dicentium quod uasa predicta ortum habent a corde ꝛ epate, quarum est mediatꝫ qꝛ mediātibus uena kili ꝛ artaria magna. patet secundo quod substantia istorum uasorum est ad rubeum declinans ꝛ maxime circa ipsorum principium. est enim uenosa. patet tertio qꝛ uas dextrum est deferens sanguinem calidioreꝫ ꝛ magis spirituosum sinistro. Et ex hoc ultimo patet. quare rustici uolentes generare masculos stringunt sinistrum testiculū tauri. ut effūdatur semen ex dextro tantum qđ est calidius Ga. tertii de signis masculinitat̄. Et quando talia uasa ut supra dictum est, sunt delatiua materie spermatice ad testiculos, fuit expediens a natura i siphac ordinari duo foramia. qm̄ talia uasa ad testiculos uenientia uidēt̄ siphac pforare i suo descēsu i duobus locis, ut a dextris ꝛ a sinistris i fine illoꝝ. s. os pectinis, per hūc ergo paniculū sic perforatū descendunt dicta uasa usque ad contactum testiculorum, ut supra dictum est. Paniculus auteꝫ talis perforatus dicitur tanquaꝫ defensaculum ꝛ coopertorium talium uasorum. licet rationabile ꝛ credibile sit. preter dictum paniculum esse appropriatus paniculo huiusmodi uasa immediate circundantia, sicut etiam quelibet uene ultra substantiā uenosam ponuntur habere paniculum cooperientem. quod manifestatur per hoc. quia apostematibus membrorum paniculosorum maxime pleurise apparet pulsus serinus ꝛ tensus, quod nō esset nisi quia uene ultra substantiam propriam haberent paniculum cooperientem habentem cum alijs paniculis colligantiam. pro hoc etiam alie possent rationes adduci. Sed hic diligenter obsecro attendatis, quia in hoc sepe falluntur medici precipue cirugici. quod non secundam communem doctrinam auctorum ille paniculus siphac ab illis locis ubi pforatur inferius descendens cooperiēs dicta uasa in principio sui scđm naturam est sicut clausus immediate ferre attingens uasa ꝗuis possit dilatari ꝛ frangi per accidens. Cumqꝫ a principio perforationis pertransiuerunt uasa. tunc incipit dilatari ꝛ allongari. ꝛ non cessat eius elongatio augeri. usqꝫ ad testiculos ad quos cum peruenit, dillatatur dillatatōe multa. ut cōtineat dictos testiculos. demū uersus finem testiculorum iterato constringitur. ꝛ ex hoc paniculo siphac taliter situato ꝛ alio paniculo spissiore ꝛ grossiore talem habentem ad ipsū siphac habitudinem, qualem habet mirach. proprium. uentris simul cum cuti ad siphac uerum cōstituitur bursa testiculorum siue osseum, constituitur ergo osseum ex duabus tunicis tunica scilicet intrinsica que est ipse paniculus siphac sic distensus. ꝛ tunica extrinsica habente ortum ex parte femoris continuata retro apud collum uesice. ante uero ad ipsam uirgam. ꝛ a lateribus ambobus inguinibus. Et dictus paniculus interior siphac a principio perforationis eius dr̄ communiter a medicis didimus. licet Inueniam conciliatoreꝫ in differentia xxxvii. didimuꝫ appellare uasa seminaria superiora ꝛ non ipsum paniculum. In hac etiam sententia inueni Ghirardum in suis glosullis super uiatico. Reliquos omnes iuenio uno uerbo sentientes quod ipse siphac perforatus ꝛ inferius distensus appellatur didimus. Et sic de comuni doctrina teneamus ne equiuocare contingeret, cū inferius de ruptura ꝛ dillatatione didimi tractabitur. Et hoc bene menti teneatis propter equiuocationes euitandas. Et ex his bene intellectis habitis optimam intelligentiam ad futura. Ad ueritatem postremo pro intelligentia unius particularis textus. quod ipse siphac uel didimus non est unus continens in una concauitate ambos testiculos. sꝫ ex eo paniculo fiunt due concauitates duobus testiculis apropriate. ꝛ hoc fecit natura ne unus testiculorum alium contangeret. ꝛ consequenter ne unius nocumentum facile alteri communicaretur. Et ex his omnibus clara est littera. lego ipsaꝫ. Cū qꝫ perueniunt ad pectinem. s. tales paniculi descendēdo. Fiūt in eis duo foramina stricta supple a natura stricta. i. fere adequate continentia ipsa uasa in ipso principio. quasi ipsa ambo sint p que transit lombare dextruꝫ ꝛ sinistrū dixit quasi propter pāniculum superiorem per quem non proprie dicuntur pertransire. sed per inferiorem tantum. tamen innuit. quod etiam paniculus superior ita formatur ita ut. s. a principio sue aptionis sit multum strictum orifficium, deide dillatatur ad compositionem ossei, sicut etiā inferioꝛ. lombare. i. uas seminarium dextrum ꝛ sinistrum, q quo modo conueniant ꝛ differant, dictuꝫ est supra in eis orificijs isepabilia. i. per nāꝫ adepte cōtēta in eis orificiis. quia non sunt naturaliter latiora quām grossiora sint talia uasa. licet accidentaliter possint dillatari propter quorū dillatationē fiunt diuerse species hernie. ut infra uidebitur caplo sequenti donec fiant due kistes duorum ouorum. quia tunc huiusmodi orificia cum inferius descēdunt, paniculi dillatantur. ad plus continendum quām ipsa uasa tātum, quia ad continendum ipsa oua uel ipsos testiculos. ꝛ hoc est quod dixit. illa pars. Et sub duobus uellaminibus ꝛc. In ista parte post doctrinā anothoīe primorū duoꝝ paniculoruꝫ, ut mirach ꝛ siphac, iaꝫ dat nobis notitiā tertij paniculi immediati⁹ uiscera maxime quo ad partē anteriorē cōtangenteꝫ, ꝑt zirbi adipini, ꝛ tria facit, nā primo dat notitiam cōpositionis eius, secūdo ipsius figure ꝛ colligantie. tertio ipsius originis. secunda ibi, ꝛ figura eius. tertia ibi, ꝛ eius processio. primo ergo ponendo prius ordinem situs eius dixit. Et sub duob⁹

3. 22 tr. j.

uellaminibus est zirbus.ꝛ continuando ipsius cō
positionem addit.ꝛ zirbum quidem est cōpositū
ex duobus paniculis quorum unus cooperit aliuz
inter quos.s.paniculos sunt artarie plurime ꝛ ue
ne pauciores eis.s.artarijs.dixit scđo q figura ei⁹
est sicut chistis.addit consequenter Qꝛ est ligatū
cum stomaco ꝛ meseraicis ꝛ cuz collon.dixit ter
tio principaliter quātum ad ipsius originem Qꝛ
eius processio.i.origo est ex eo quod descendit ex
superfluitate beriteron.i.siphac apud stomacum
in duodenum ꝛ in eo ascendit ex superfluitate
eius inferius ꝛ apud pectinem. Pro intellectu
quarum partium est primo considerandum q.d.
Auic.in declarando anothomiam istius panicu
li non posuit ipsius iuuamenta,sicut fecit in aliis.
ꝛ hoc est qꝛ in multis cōicat cum alijs. primo qꝛ
comprehēdit intestina maxime quo ad partē an
teriorē.ꝛ ligat ipsa.ꝛ iuuat ad expulsionē fecuz
ꝛ aliarū supfluitatū.cōprimendo posterius,sicut
siphac.ꝛ prohibet iflationē vehemētē ꝛ nimiā
distensionē intestinorū pp ventositatē ꝛc. Cō
municat ēt.in precipuo iuuamento cū mirach in
hoc.s.q iuuat digestionē calefaciēdo sua spissi
tudine ꝛ vnctuositate.ꝛ hanc vtilitatē maxie in
nuit.d.A.ex mō cōpositōis ipsius cū dixit.q i cō
positione eius intrāt plurime artarie ꝛ vene pau
ciores.nō explicuit de piguedie,qꝛ hoc notissimū
extat.dubiū aūt erat nunquid esset vnus panicu
lus tm̄ vel essent duo.dubiū ēt esse poterat nūqd
vene appent pp ipsi⁹ substātiā deseminate essent
proprie vene vel artarie. Iccirco hoc totū de
clarauit,vtz in littera Scđo nōndum principl̄r.
q qꝛ zirbus vel omentū qđ idē ē,datuz ē aiali ad
calefaciēdū,vt.Gal.v.de iuuamētis. Iccirco
fuit ɔueniēs ipsum esse talismodi cōpositionis,ne
cessaria eniz sibi fuit spissitudo.vt ꝓhiberet disso
lutionē caloris naturalis ymo vigoraret reuerbe
rando.fuit ēt necessaria leuitas.ne sua grauita
te stomacū cohartaret vel intestina.Et qm̄ vtrū
qz.nō bene fieri potuisset p vnicā tunicā,ɔueniēs
fuit:vt ex duabus cōponeretur tunicis tenuibus
ꝛ non grauātibus.vt ipsis duabus mediantibus
opportuna fuerit caloris reuerberatō.qđ per vni
cam tunicā fieri nō potuisset.Et qm̄ vt idem.G.
addidit,res que est creata ad calefaciendū,opor
tet qđ sit calida in virtute, indiguit vt p eius sub
stantiā multe vene pulsatiles ꝛ non pulsatiles fo
rent seminate.ꝛ ēt multa piguedo ipsuz esset cir
cūdans,quā quidē piguedinē voluit.G.ibidē esse
in corpore humano calide cōplexionis,qꝛ probat
per velocitatē accēsionis eius ꝛ ipsius propinqui
tatē ad naturam ignis. Et exinde videtur velle.
q nō solum calefacit reuerberādo,sed ēt potissi
me caliditatē multiplicando.pro incidēti igitur
aduertatis.q nisi foret auctoritas.d.A.i .pri. de
cōplexionibus mēbrorū,qui īter frigida cōicauit
piguedinē .probabilius mihi videretur ipsaz pin
guedinē esse calide cōplexionis q̄z frigide.Ad h
enim videntur motiua deducere. maxie qꝛ extra
corpus humanū ponitur calide complexionis.ēt

qꝛ vt oēs testantur. materia illius ē vnctuositas
sanguis ꝛ ipsius pars calidior.cū ergo generetur
maxime circa mēbra calida,vt cor ꝛ renes. quo
rū caliditas plus facit ad calefaciēdū q̄z aer īspi
ratus ad infrigidandum.pp quā cām dixerūt qui
dam q neruus cordis calidior est carne pedis:vi
detur posse concludi.q ipsa sit calide complexio
nis.pro hoc ēt fiat motiuuz de lardone,qui gene
ratur inter cutim ꝛ muscculos.ad quē locū licet
ibi non terminatur aeris atractio sine forti ipsi⁹
alteratiōe ꝛ licet ibi sit paniculus mirach,ipse est
multum carnosus calefaciens ꝛc. Et p hac par
te vr̄ esse clara sn̄ia Ari.fo de partib⁹ c.i. circa
finē ꝛ tertio.c.adducere ēt p̄t p h alia motiua.q̄
a questionatoribus adduci solent. ad quorū ali
qua male ſm rei veritatem respōderi potest,vt
mēini alias me dixisse cum legerē illaz materiā.
qꝛ non apparet modus quomodo circa cor possit
a frigido supra cutē coagulari.cū vt dicunt.doc.
nerui qdā cōporis quoad cōplexionē quā habēt
ſm distantiam vel propinquitatē ad fontē calo
ris.vt ad cor,sunt calidi respectu cutis.Et ꝓpter
hoc dixit.G.primo cōpl'onuz.c.vltimo versus fi
nē.Et neqꝫ quidem possibile est ,q pinguedo i cir
cuitu epatis coaguletur, neqꝫ in circuitu cordis
neqꝫ in circuitu alicuius membrorū vehemētis
caliditatis ꝛc.Cui⁹ tm̄ oppositū manifestat expiē
tia,cū circa cor generetur.Et hoc dixit,qꝛ suppo
nebat.q a dn̄ante frigore supra cutim coagula
retur.qꝛ vt ipse ibidē refert . videtur esse pingue
do simil' ol'o īspisato.ꝛ ēt qꝛ a calido liquefit.ꝛ ex
inde uisus est multum dubie loqui .ymo cū sua
pace ɔ sensum.ꝛ hoc fecit qꝛ supponebat.q a fri
gido supra cutiz coaguleretur,ꝛ ex alia parte sen
tiebat (vt re uera sentiendū est) q partes ꝓpique
cordi quātum naturaliter frigide,tm̄ merito situs
sunt actualiter cuti calidiores.Et pp idez funda
mentum coactus est ɔciliator.v. particula pro
blemat' ꝓblemate.v.i fine dicere q piguedo cir
ca cor generata est alterius nature ab alia pigue
dine.vel q considerata complexione cordis tm̄
non possit ibidem pinguedo generari,sed hoc fit
a nā pp finem.cum tm̄ vt manifestum est,preter
finem requiratur agens.pp hec itaqꝫ mihi vt pri
cipio apparuit,salua semper auctoritate maiorū
q ipsa pinguedo sit calide complexionis.ꝛ q ipa
a frigido coaguletur vel aliquo modo inspisset
nō quidē ab agēte.frigido.respectu cutis.sz a di
minuto calido .respectu illius vnctuose ꝛ uapo
rose materie sanguinee ex qua generat' ,que ma
teria pp eius possibilitatē a debili calido per fri
giditatem in ipsam materiā agentem inspisatur
ꝛ quodāmodo coagulatur ꝛ non congelatur.vt
aliqui existimabāt. neqꝫ necesse fuit vt quodcū
qꝫ.hoc modo inspisatum inspisetur ab agente fri
gido neqꝫ quod ipsum sic inspisatum sit formalit'
frigidum.vt de plumbo liquefacto in aere libero
tempore estatis posito tenet,quod tamē ibi coha
gulatur a satis intenso calido debili tamen ꝛ re
misso respectu materie coagulande permanēte

etiam cum eo post coagulationē formali calidita
te notabiliter intensa ymo ustiua τ cum isto mo
do imaginationis soluet quilibet exercitatus faci
le hincinde difficultates, que i ista materia oriun
tur sustentando etiam cum his dicta auctoꝝ, ut
ꝙ a frigido coagulatur τc. posset ēt probabiliter
quis dicere si placeret, ꝙ ipsa pinguedo generatur
a calido dominante sic terminante τ inspisante, si
cut ēt ē de generatione epatis que generatio lar
go uocabulo dicitur coagulatio uel congellatio,
cum dicitur ꝙ epar est sanguis ꝯgellatus, ita dici
posset de tali generatione pinguedinis. τ iste mo
dus uidetur magis consonus dictis Aristotil. lo
cis supra allegatis, cū hoc tamen dicerē si placeꝫ
ꝙ id qd̄ remanet post generationē, est minus cali
dum quā materia ex qua generatur, licet hec di
gestio fiat a calido, nec hoc est inconueniēs sicut
dicitur de epate respectu sanguinis qd̄ est minus
calidū ꝙ̄ sanguis, ut patet cap. de ꝯplexionibus
membroꝝ. Et hoc qꝛ per digestionē fit in sanguie
resolutio partiū calidaꝝ, sicut ēt dicimus de gene
ratione lactis, que fit a calido ex materia multo
calidiore ꝙ̄ sit ipsum lac. τ qui habebit modū su
stentandi de lacte, ēt habebit modū ad hoc sustē
tandū. Et specialiter hic non obstat qd̄ obiicitur.
qꝛ liquefit a calido, ergo coagulatur a frigido. di
catur breuiter ꝙ illa auctoritas indiget multa li
mitatōe, quā ad presens adducere non ꝯuenit. ſꝫ
sufficiat pro nunc dicere ꝙ illa auctoritas non ha
bet vniuersalitatē sic absolute intellecta, qꝛ scd̄m
hoc fere probari posset omnia metalla a frigido
congellari, qꝛ a calido liquefiunt. τ sic oia ponerē
tur ꝯplexionis frigide, τ sic aurū esset frigide cō
plexionis, ꝙ non ē uerum. In summa igitur tenerē
probabilius ꝙ ipsa pinguedo sit calide ꝯplexiōis
ꝙ̄ frigide respectu cutis τ sic intrans in ꝯpositiōe
zirbi positiue iuuat ad digestionē. Et pro hac sen
tentia ēt ē auctoritas expressa Auerois 2o colli
get de iuuamentis sepi. Et licet fecerim aliquali
ter digressionē a principali, qꝛ tū fantasie sic ad p̄
sens occurrit, uolui que occurrebant, i presens ad
ducere. Et alias fortassis istaꝫ determinabo ma
teriaꝫ. Et ex hac utilitate ꝯpositionis ipsius zirbi
reddi possunt cause quarūdam apparentiaꝝ. pri
mo qr̄ natura ordinauit ut ipse zirbus cooperiret
in homine tantū oia intestina cum in reliquis ani
malibus hoc non appareat, cuius causa assignatr̄
per hoc, qꝛ cum homo inter cetera aialia sit debil
lissimum aialium indigestioꝝ, ut uoluit .d. G. v. de
iuuamentis per hoc. s. ꝙ eius cutis tenuior est τ
plus priuata pillis. Fuit conueniens ad uigoran
dam digestionē membroꝝ naturalium ipsum zir
bum omnia cooperire intestina. Posset etiam p
hoc alia assignari ratio que pōt colligi de mente
Aristotilis. x. problematū problemate. 51. qꝛ ho
mo inter cetera aialia est recte stature τ plus ap
tum recipere occasiones ad nocendū circa uentrē
ꝙ̄ alia aialia, propter quā causam dixit Aristo. lo
co allegato ꝙ homo inter alia aialia magis ha
bundat pillis circa uentrem ꝙ̄ circa dorsūꝫ ex ea
dem cā dicere possumus ꝙ ad deffensionē ordina
uit natura ut zirbus supra totum extenderetur.
pōt ēt ex dictis reddi ratō apparētie, quā adduxit
Gal. v. de ingenio sanitatis τ in libro de iuuamē
to anhellitus 2o cap. s. ꝙ quidam miles fuit in bel
lo vulneratus in uentre cui epiles. i. zirbus fuit
abscisus qui cum ex vulnere sanatus fuisset, escaꝫ
tamen digerere non potuit, causa est clara, qꝛ ab
scisuꝫ est membrū digestionē plurimū coadiuuās.
Tertio principaliter aduertendū super illo uerbo
ꝙ eius figura ē sicut chistis hoc pōt dupliciter ue
rificari vno modo sic. s. qꝛ eius ꝯpositio ē ex duo
bus paniculis, ut supra dictum est, fit ut sit sicut sa
chus in quo si aliqd poneretur, retineret id. τ hūc
sensum expressit .d. Auic. xiij. tertij primo. c. alius
sensus ē ut sic intelligatur ꝙ iste zirbus in homie
in figura est sicut chistis, non sic est in alijs anima
libus, quoniam in homine cooperit omnia itestia
τ ita cooperit, vt in fine ipsius reflectatur interi
us versus posterius τ sic in fundo videtur sicut sa
chus intestina continens. Et secundum hanc ima
ginatam fantasiam manifestum fuit id de quo se
pe dubitaui. quomō. s. ex ruptura siphac vel dilla
tatōe didimi zirbus descendit ad bursam. quoniā
ego imaginor ꝙ cum zirbus cooperit intestina,
non solum extremaliter peruenit ad contactum si
phac i fundo ventris sed ēt uersus posterius refle
ctitur, τ sic iacet uelut planus sup orificia siphac
supra os femoris τ circa hoc bene ꝯsiderate, quia
hec intelligentia plurimū coadiuuat in ueram co
gnitionem rupture zirbalis τ sine hac male dari
pōt modus illius rupture. Ultimo pro intelligētia
sequentis littere de modo ꝯtinuationis τ originis
ipsius zirbi recurrendū est ad quod supra scriptuꝫ
est de origine beziteron uel siphac, quoniā siphac
originatur ab eo quod superfluit generationi dia
fragmatis scd̄m modum suprapositū, ita ēt iste zir
bus originatur ab eo qd̄ superfluit generatiōiꝫ ip
sius siphac. vnde id superfluū diuiditur i duas par
tes vna uersus stomacum τ alia uersus pectinem.
τ huiusmodi superfluitates in quanto taliter ab i
formatiua uirtute diriguntur ut vna alteri obuiet
ita ut comisceantur ad ꝯpositionem zirbi. Et hoc
est quod dicit textus cum dicit Et eius processio
. i. origo est ex eo quod descendit ex parte superio
re, hoc ē apud stomacum τ duodenum quod ē pri
mum de gracilibus. Et eo quod ascendit ex super
fluitate eius, i. siphac ab inferiori ut apud pectinē
τc. Et ex his patet clarificatio littere superius de
ꝯtinua rōe ipsius τ alligātia quando ꝯtinuatur cū
stomaco τ colon τ multis meseraicis. τ hic notatr̄
ꝙ non dixit ipsum ꝯtinuari cuꝫ dorso, sicut p̄cipue
dixit de siphac, qꝛ non circūuoluitur ambiens totū
uentrem, sicut facit siphac, sed solum cooperit uer
sus anterius τ aliquando lateraliter nō perueniēs
usqꝫ ad dorsum. Sed posset aliquis dicere quare
fecit solum mentionē numerando ipsius alligātiā
de intestino colon τ nō de alijs intestinis. Ad hoc
primo dici pōt ꝙ ēt dedit itelligere alligātiam cū
aliis p hoc qd̄ ponit alligantiam cū meseraicis, ꝙ̄

ɔtinuantur ipsis intestinis.uel aliter ⁊ forte meli⁹
dicatur ꝙ numerauit collon .vt nobis inueret.ꝙ
cum ipso precipuam ⁊ maximam habet colligan
tiam eo quia collon equitat ipsum stomacum.et
ipsi supereminet,vt anothomiste tradunt. ⁊ sic cū
eo facta fuit vehemens alligatio.vt etiam stoma
co notabiliter alligaret.Fuit autem conueniens
vt natura sic ordinauerit situm collon precipue
ꝓpter duas causas.prima fuit quia natura fecit
de isto intestino plurimas concauitates vel mul
ta colla,vnde dicitur collum ad longo tempore fe
ces continendum.que nisi continuo callefierent
⁊ humectarentur,non possent ibidem debite for
mari.ordinauit ergo natura vt collon poneretur
in medio inter stomacum ex parte inferiori ⁊ zir
bum ex parte superiori.vt ipsis vtrisqȝ simul cale
fierent feces ⁊ humectarētur.secunda causa assi
gnare potest.ꝑ hoc quia propter dictas cellulas
⁊ inuolutiones ipsius collon.difficilius expellūtur
dicte superfluitates q̄ȝ ab alijs intestinis. Fuit er
go conueniens vt ita situaretur .ꝙ non soluȝ vir
tus ipsius expulsiua stimularetur ꝑ transmissam
coleram ad intra ipsius concauitatem,quod etiā
est alijs commune.sed etiaȝ vt quo ad parteȝ ipsi
us extrinsecam cōtangatur a chisti felis ⁊ ꝓpter
hoc fuit ita situatum supra stomacuȝ ⁊ circa par
tem dextram contangat᷑ a tertia penula epatis
sub qua locata est ipsa chistis,⁊ propterea ad sen
sum apparet. qᷓ tale intestinum in tali loco ap
paret citrinum.hec tamen ratio est minus proba
bilis q̄ȝ prima,sed ex his duabus fiat vna integra
responsio ⁊c.lego litteram. Et sub duobus vella
minibus.s. mirach ⁊ siphac. est zirbus. Et decla
rat ipsius compositōm dicens.Et zirbum quidem
est compositum ex duobus paniculis.quorū vnus
cooperit aliuȝ.Et fuit hoc conueniens,vt dictū
est.primo quia creatus est pro parte ad reuerbe
randū calorem,q᷑ fieri cōuenienter non potuisset
per᷑ vnum paniculum.quia sua spissitudine nimis
grauasset intestina.Inter quos artarie sunt pluri
me ⁊ vene pauciores eis.Et supple multa pigue
do ad positionem calefactionis ⁊ digestiuū confor
tanduȝ.Et figura eius est sicut chistis,dupliciter
legendo vel.s.ꝙ illi duo paniculi sic adinuiceȝ dis
ponuntur ꝙ si inter eos aliquid poneretur ita con
tineretur sicut sachus continens.vel aliter qᷓ ip
sum zirbum in extremitate versus pectineȝ refle
ctitur interius ad posterius ⁊ sic intestina substi
net.⁊ iste modus mihi placuit propter rationem
adductā ɔn̄t explicans alligantiam ⁊ originem
dixit.Et est ligatum cum dorso ⁊ meseraicis ⁊ col
lon,⁊ ibi dictū est q᷑ specialiter dixit cum collon ⁊
sunt prout adducte due cause,ut audistis. Et ad
dit quod eius processio est ex eo quod descēdit ex
superfluitate beriteron.i.siphac supple in parte su
periori ut apud stomacum ⁊ duodenū ⁊ ex eo qᷓ
ascendit ex superfluitate eius.i.sibi occurrit ascē
dendo ex parte inferiori apud pectinem.Seqtur
alia pars.Nunc ultimo in hac parte prius diuisa
que fuit quarta pars principalis capituli,ipse enu
merat partes ipsum uentrem inferiorē ɔtinentes
ponendo ēt ordinem in eis in situ,⁊ ē clara littera
lego eam.Primū ergo supple recapitulando qᷓ
occurrit de uentre,i.de ɔtinentibus uentrem .i.
ɔcauitatem inferiorē supple incipiēdo ab exterio
ribus descendēdo in cutis supple proprie sumpta
que est organum tactus.deinde sub ipsa est pani
culus primus supple dictum uerū mirach.Et ad
dit quod noīatur agregatio eorum mirach,s. secū
dum quēdam modum accipiēdo mirach includē
do ēt cum dictis partibus lardonem,quem tamē
non noīauit,q᷑ sm cōm modum ipse lardo non est
membrū uerum.deinde sunt lacerti,s .primo duo
sunt longitudinales postea quatuor transuersales
postremo duo longitudinales,ut supra dictum est
⁊ ēt agregatio oīum istoꝝ cuȝ superioribus cōi ac
ceptione dr̄ mirach,ut supra dictum ē. Postea ē
beriteron,i.uerum siphac.deinde zirbus, deinde
sunt intestina,que non ɔnumerātur inter ɔtinen
tia ɔcauitatem cum ipsa sint in ipsa ɔcauitate cō
tenta,ut patet,sed ipsa hic numerauit tāq̄ȝ illa ad
que ista deriuantur uel gratia quorum ista supe
riora sic disponūtur ⁊c.Et sic finis primi capituli
Deo laudem ⁊ gratias infinitas ago,
Ego Matheus ex Ferrariis de Gradi,

De Ruptura cap. ij.

Expedito capitulo primo de ano
thomia paniculorum ⁊
precipue siphac.Sequitur rubrica se
quentis capituli,que est de ruptura ⁊ q̄
ei assimilantur,pro ɔtinuatione eius ⁊ specialiori
intelligentia est ɔsiderandū ut quoddāmodo dic
tum est circa principiū Q.d.Auic.uolens in hac
fen specialiter de dispositionibus quoꝝdam mem
brorum determinare,ut paniculoꝝ uenaꝝ ⁊ iūctu
rarum propter causas ibidem circa rubricam al
legatas ⁊ specialiter uolens determinare de dispo
sitionibus siphac tanq̄ȝ paniculi pricipalioris, cui⁹
precipuū officium est intestina in debito situ con
tinere,ut dictum est in capitulo superiore. Et cuȝ
impediatur huiusmodi operatio maxime propter
rupturam ipsius paniculi,ad quā plerūq̄ȝ sequitur
tumefactio ossei uel burse testiculorū propter de
scensum zirbi uel intestinoꝝ in ipsam. Et quoniaȝ
in hac tumefactione cōicatur apparēter tume
factio pendens cum aquositate uentositat᷑ uel car
nositate in ipsa bursa repertis,⁊ cum hac ēt ɔue
nire uidetur tumefactio pendens ex repletione ul᷑
distensione uenarum uel arteriaꝝ testiculos circū
uoluentiū,que dispositiones ⁊ si ēt sine ruptura pa
niculi fiant quātum assimilantur dispositioni seq̄n
ti rupturam,ut dictum est. Ideo ɔueniens fuit ꝓ
integra ⁊ perfecta notitia simul facere tractatum
de ruptura uel dispositionibus sequentibus ruptu
ram ⁊ de aliis dispositionibus,que eis assimilātur
maxime de eis,que vna cōi denominatione nūcu
pantur,⁊ de omnibus speciebus hernie,⁊ hoc est
qᷓ dicit rubrica.lego eam.de ruptura,uel supple

dispositionibus ad eam sequētibus erit iferius de
terminatio ꝛ que ei similātur .i. ēt doctrina erit de
dispōnibus alijs que ei .i. tumefactioni sequēti rup
turam assimilantur. Et ex intellectu huius rubri
ce patet qꝺ hec est generalis rubrica ad sequētia
omnia capitula usq; ad capitulū de gibbositate.
Cum tractatur ad hoc aūt speciale capi. si addan
tur quedam, ut statim tangetur introducendo ca
pitulū determinādo de ruptura principaliter ipsi⁹
siphac ꝛ dispōnibus, que ei assimilantur fm modū
supradictū. Auctor pricipaliter duo facit. nā prio
determinat de ruptura plerūq; ɔtingeñ, ut de ea q̄
fit circa ossceum uel bursam testiculorum, ꝛ dispo
sitionibus similibus. scđo determīat de ruptura mi
nus cōiter ɔtingēte ꝛ dispōnib⁹ similib;, ut de ea q̄
fit s. sumē ꝛ circa ptes umblicales. scđa pars inci
pit ibi. Cumq; accidit i umblico ꝛc. prima adhuc
in tres. Nam primo determinat de causis rupture
ꝛ dispōnum eam sequentiū ꝛ ēt dispositionū eis si
milium determinādo cū hoc de diuersitatibus ea
rum dē. scđo de signis. tertio ꝺ cura. scđa ibi, signū
aūt. tertia ibi. Regimen quidē vl'e. Et ex hac
introductione patere pōt qūo rubrica superior ge
neralis debeat ɔtrahi ad hoc speciale capitulum,
ut sic legatur, de ruptura utplurimū ɔtingente .i.
facta circa inguina erit determinatio spālis ponē
do cās eius intrinsicas ꝛ extrīsecas ꝛ ēt de causis
dispositis sequentis ad rupturam .s. tumefactionis
ossei ēt, ꝛ de causis dispōnum isti similiū, ut de cāis
aliarū spēꝝ hernie determinando ēt de diuersita
tibus earūdē rupturaꝝ. ꝛ hoc facit in toto capitu
lo. Diuiditur ēt pñs capitulū principali diuisione
i tres partes. Nam primo ponit causas generales
rupture .i. augmenti uel tumefactionis ossei de sur
sum uenientis. scđo inquirit cās magis speciales
rupture ipsius paniculi ꝛ dispōnis ad eam sequēt
adducendo ēt cās dispōnum isti similiū, ut aliaruȝ
herniaꝝ. tertio ipe ɔparat quasdam spēs rupture
adiuicem. scđa pars incipit ibi. Et durities quidē
foliculi. tertia ibi. Et qñq; accidit ruptura supra
testiculos. Prima adhuc in duas, naȝ primo facit
quod dictum est. scđo ipa appropriat diuersa noīa
dictis dispōnibus scđa ibi. Et cum accidit id tali
ter, sꝫ pria pte dixit Ruptura fit pp solutionē pa
niculi a singularitate sua, ꝛ cassum scisure in eo
quem penetrat corpus, qꝺ fuit ɔprehensum in eo
ante scisuram aut pp dilatationē stricture in mea
tu aut solutionē. Pro intelligentia huius partis
est. primo notandū qꝺ hic terminus ruptura sumi
tur dupliciter, primo proprie, ut eū accipit .d. Aui.
scđa primi quarto cap. de egritudinibus solutōis
ɔtinuitatē, ꝛ sic idem dicit qꝺ solutio paniculi. ꝛ h
modo distinguitur ɔtra plagam, que est solutio in
carne ꝛ ɔtra aliās speciales solutiones ɔtinuitat
aliorū spēalium membroꝝ, ut ibidem ostendit. A.
ꝛ hoc modo non sumitur hic, ut patet ex principio
textus cum dixit qꝛ ruptura fit p solutionem pani
culi, si igitur fuit pp solutionē, non ergo est ipa so
lūmodo paniculi. scđo modo sumitur cōiter de mē
te auctorꝝ, ut est ibidem ut crepatura uel hernia,
ꝛ hoc modo idem est qꝺ augmentum uel eminen
tia apparens utplurimū uersus inguina uel in ipa
bursa testiculoꝝ. Et scđm hoc solent auctores ali
quādo intitulare cap. istud cap. de ruptura, aliqñ
de crepatura, aliqñ de hernia, que oīa sumūtur ut
sinonima. ꝛ hoc modo sumitur in proposito. dicitur
aūt hec eminentia ruptura, qꝛ plerunq; sequitur
rupturam ꝑprie sumptam, ut solutionē in panicu
lo siphac, ut uidebitur. Dicitur ēt crepatura pp eā
dem cām, dicitur aūt hernia scđm aliquos, quia ē
dispō non herens, qꝛ intestina non debite inherent
paniculo facta ipius solutione. uel aliter ego intel
ligo ut dicatur hernia, qꝛ est dispositio herens uel
inherens ut denotet ipius difficilem curationem.
Constantinus aūt libro vi. in uiatico appellabat
capi. istud cap. de intercellicis, ꝛ exponebat Ghe
rardus in glosulis .i. de intecioliacis ab interiori, qꝛ
est intestinū, ꝛ cilion quod est ueter. i. utplurimū
descensus intestinoꝝ pp solutionē in paniculis uē
tris ɔtingens. scđo notandū qꝺ de huiusmodi emi
nentia quātum ꝑposito pertinet, due fieri possunt
pricipales ɔsiderationes. qñq; ɔsideratur merito
situs in quo est. ꝛ pp istam ɔsiderationem distinxe
runt quidam herniam in tres species, qꝛ quedam ē
hernia burse uel ossei, ut cum est tumor in bursa,
ꝛ est dicta bursalis uel ossealis, quedaȝ est hernia
inguis, ut cum est eminentia in iguen ad modum
glandule uel ad quantitatem castanee. ꝛ uocatur
hernia iguinalis, quedam ē hernia circa partē um
bilici, ut cum est in illis partibus tumor uel eminē
tia. ꝛ dicitur hernia umbilicalis. scđo pricipaliter
ɔsiderari pōt talis eminentia merito materie ipsā
causantis. ꝛ scđm hanc ɔsiderationē quidā distixe
runt herniam i quinq; spēs in huius materia .s. in
testinalem zirbalē, aquosam, uentosam, ꝛ uaricosā,
qñ talis augmenti uel eminētie causa aliqñ ē de
scensus intestinoꝝ, aliqñ zirbi. nōnunq̄ tumefactio
uasoꝝ seminaliū, uel uenaꝝ ꝛ artariaꝝ ipoꝝ testi
culorū ad modū uaricum in tibijs apparenꝫ, ꝛ ali
quando aquositas ē cā, ꝛ aliqñ uētositas. ꝑter has
tamen duas principales ɔsiderationes ex quibus
sumuntur quedā spēs eius accidentales, nam esse
pōt ɔsideratio de quantitate ipsius. unde quedam
est magna. quedā parua. quedā mediocris. pōt ēt
esse ɔsiderandū de tpre eius, ut quedā fit a natiui
tate. quedam nouiter apparens. quedā medio mo
do. ꝛ alia pōt esse de ipa ɔsideratōe sumpta ab ea
in relatōe ad corpus patiēter ꝛ in ɔplexione ꝛ eta
te ipius corporis, quoniā quedā essent duris, ut me
lanconicis. quedā hūidis, ut flaticis. ita ēt quedaȝ
euenit in etate tenera. quedā in senectute, quedaȝ
in media. ꝛ scđm has diuersitates sumitur diffīcultas
uel facilitas curationis, ut in fen magis dr. Et qui
dam ultra has spēs addiderūt humoralē .i. ab ali
quo humorꝝ icōcauitate burse repꝰorꝝ non natura
liter pendentē, qđā aliqñ addiderunt carnosam, ꝛ
alij ultra has oēs apostēossaȝ. cōiter tñ auctores
posuerunt solum quinq;. Cuius cām arbitror esse
qꝛ ipsi solum posuerūt illas esse proprias spēs her
nie, q̄ utplurimū ɔsequentur ad rupturam ipsius

3. 22 col. 2.

siphac. vel ad dillatationē ipsi⁹ didimi. vel vt vno verbo dicatur, solum illas eminentias et maxime bursales appellant species hernie. que fiunt tales per causam de sursum descendentem. Cuius sunt quinqꝫ partes dicte, vt patet consideranti. non sic autē eueniunt apostemossa vel carnosa. vel etiā humoralis, quia tales vt multum generantur per viaꝫ paulatine congestionis in ipsa bursa testiculorum vel circa testiculos propter debilitateꝫ naturalis cōplexionis illorum membrorum vel malitiam complexionis eorūdem, nō est tamen negandum quin etiam ventosa vel aquosa generentur hoc modo, sed vt plurimum per viam rupture, vel dilatationis producuntur, iccirco dicuntur species hernie vel rupture que sunt nomina synonima, vt supra dictum est. Et ex hoc apparet causa diuersitatis in dictis antiquorum circa hoc. Tertio principaliter aduertendū q huiusmodi eminētia bursalis de qua hic est principalis sermo. quia de vmblicali vel inguiali ferē eandem faciant apparentiam, inferius erit sermo) aliquo trium modorum. cātur. aūt .s. ruptura ex ruptura paniculi siphac per quam rupturaꝫ penetrat corpus, quod fuit cōprehensum in eo paniculo, ante scisuram. s. intestinuꝫ vel zirbus. qui vt supra in alio capitulo visuꝫ est, iacet cum sua substantia supra siphac i fundo vel ambo exeunt. et exinde fit tumor magnus. Et talis scisura a duabus causis in genere contingere potest. s. vel a causa itrinseca, qualis eēt ventositas. vel a causa extrinseca, qualis esset saltus magnus vel aliqua alia de causis tangendis. vel secundo euenire potest talis eminentia per apertionem et dillatationem didimorum. qꝛ si estis bene memores dictorū superius, non sunt nisi duo foramina facta in siphac. per que pertranserunt vassa seminaria testiculis. que duo foramina videntur adequate et precisse continere dicta vassa ne inferius aliqd descendat. q qdeꝫ meatus transserūt supra ossa femoris, et iferius dillatātur. ad cōtinendū nō solū vassa dicta. sed ēt testiculos, vnde tandē ex eis fit pellicula interior burse testiculoꝝ. Si igitur contingat tales meatus vel didimos dillatari et ampliari, tunc poterūt deorsum penetrare p eos itestina. vel zirbus, vel aquositas ꝛc. et vsqꝫ ad testiculos puenire. sicut ēt ex ruptura ipsius siphac. Sꝫ ex ruptura siphac descēdūt iferi⁹ decurrendo supra os femoris inter ipsum. s. et mirach. in descensu aūt ex apertione meatus vel meatuum descēdūt pītra dictos didimos vel meatus dilatatos. quorum notitia tradita est superius. pōt etiā tertio iferius aliqđ itra bursaꝫ testiculorū descendere facta sola rellassatione et molificatione, et cōsequenter amplificatꝰ ipsius siphac, vnde sic molificatus paniculus et amplificatus nō tamē ruptus poterit tāqꝫ saccus descēdere decurrēdo supra os femoris i bursam. et sic eniꝫ cōsequēter zirbus vel itestina vel alie humiditates, que tamē sic defluxe nō ptingēt ipsos testiculos, ymo semp ꝯtinebūtur in ipso paniculo siphac sic dilatato et mollificato ymo nec etiā ipse paniculus ꝯtāget dictos testiculos, sed ipse recipitur i cōcauitate media iter pelliculā iteriorē ipsius burse et pelliculā exteriorē. Et ex hoc etiā apparet q si zirbus vel itestina descendāt i bursaꝫ ex ruptura siphac decurrēdo supra os femoris, q talia nō cōtangēt ipsos testiculos, sꝫ solum iter duas burse pelliculas recipientur. Et ex hoc vlterius apparet q solū modo zirbus vel intestia descēdētia p dilatationē meatuū vł didimoꝝ ptingere possunt ad substātiā testiculorū. Et hoc bene mēti tenete. quia ex hoc seqtur vnū vtilissimū i practica cōtra cōmunes huiusmodi misterij magistros. q icurrēdo herniā zirbalē vel itestinalē puenientes ex ruptura siphac vel ex relassatōe eiusdē ēt cū ferro nō expedire extrahi testiculum, secus aūt ē de ea, que puenit ex dilatatione meatuū. et ppter illa que ē varicalis, si sit longi tēporis male aliter curari pōt, qꝛ tales varices quodāmodo imediate testiculos attingūt, dico notāter, quodāmodo, ppter aliqua dicta superius cum sermo fuit de vassis seminarijs. In sūma ergo cōcludendo dico q omnis talis hernia bursalis pprie sūpta vel causatur ex aperitione meatuū, vel didimoruꝫ, vel relassatione paniculi siphac et amplificatione eius. vel ex solutione cōtinuitat̄ i eo, et hoc dupliciter vel solutione facta a causa itrinseca vel a cā extrinsica, nō apparēt alie cause, si considerabis. et has omnes tetigit dñs Aui. i textu. Hic clarus ē textus lego littera z. Ruptura fit. i. crepatura vel hernia et maxīe bursalis fit pp solutionē paniculi siphac a singularitate sua. i. sua cōtinuitate. supple a cā itrinsica, aut cāuꝫ scisure i eo pāiculo. et sic inuit solutionē a cā extrinsica. p hoc qđ dixit cāuꝫ quā, s. scisurā. penetrat corpus qđ fuit cōphensum i eo, aut scisurā. s. zirbus vel itestina vel aliud corpus, aut, supple fuit hernia pp dilatatōm stricture i meatu, i. didim⁹ et supple descēdit ꝛc. aut tertio fit pp solutionē, i. relassat̄ supple ipi⁹ paniculi ꝛc.

Et cum accidit ꝛc. Nūc dñs ipe appropriat aliquib⁹ istaruꝫ herniarū nomē speciale dicēs. q cū accidit id taliter q qñ icedit penetrās puenit ad testiculos, nominat̄ ramex et hernia. Qd aūt ē pter hoc vocat̄ noīe cōitatis hernia testiculi et uarices et durities ipius. Pro declaratōe huiusmōi ē notādū. q qdā auctores iproprie vtūtur hoc vbo ramex, idē volētes denotari p istum terminū ramex et hernia, ita q ēt herniā iguinalē ramicē appellāt. et ex istorū numero fuit Serapio. v. breuiarij capitulo pprio. Aui. aūt volēs vti termīs fm eorū ppriā significationē posuit istā differētiā iter herniā et ramicem, vt q hernia sit tāqꝫ gen⁹, et ramex tāqꝫ species. vñ oīs ramex sit hernia, et nō ecōtra, ita vt illa solum hernia dicat̄ ramex fm quā id, qđ descendit penetrās pueniat vsqꝫ ad testiculos. i. ad cōtactū testiculorū, alie aūt hernie bursales cū qbus ramex vera cōicare videt̄, dicit̄ absolute, et noīe cōitatis. i. cōi noīe hernia testiculoꝝ vel duricies ipius dixit igit̄ tria prīo icedet. et sic inuit descēsum. secundo penetrans, tertio puenit ad testiculos. Ex his pꝫ prīo q nulla hernia fcā p viā paulatine cōgestiōis

debet dici ramex, ex quo nõ icedit. pz scdo q
nulla hernia iguinalis vel vmblicalis dici põt pro
prie ramex. Sequit tertio q nulla ruptura mulie
rũ appellari põt ramex uere. quarto sequit q nul
la hernia pendẽs ex relassatiõe siphac uel ex ru
ptura eius. dz appellari pprie ramex, ex quo ut di
ctũ ẽ supra. i. nulla tali id qd descẽdit, uel nõ ẽ pene
trãs, uel nõ puenit ad cõtactũ testiculorũ. Nã illa
que p relassatiõz nõ ẽ pprie icedẽs penetrãs, vtz:
alia, z si penetret nõ tñ puenit zc. iõ notãter ponit
duas clas vt ly penetrãs, z p hoc excludit illã que
ex relassatiõe. z p hoc qd dixit puenit ad cõtactũ,
exclusit factũ ex ruptura paniculi, utz. Seqt. v q
solũ illa dz dici ramex, q fit pp descẽsuz ex apitiõe
vel ãplificatiõe didimorũ vel alteri9 eorũ. z qm ta
lis vtplurimũ ẽ. itestinalis, zirbalis, vel aquosa. p
tãto. A. istas solas tres hernias appelluit raices i
ca. varicossa aũt nõ appellat ramex, lz mã illa fa
ciẽs tumefactionẽ venarũ sequat dillatationẽ ip
sorũ didimorũ. z hoc ẽ ppterea qz talis mã nõ põt
imediate ɔtãgere ad substãtiã testiculorz cũ semp
cõtineat i illis vassis. vẽtossa aũt cãta ex descensu
vẽtossitatis pp dillatationẽ ipsorũ didimorũ posset
recte appellari ramex. verũ qz vẽtositatis nõ ẽ cẽi
sermõe cõtãgere ipos testiculos, qz nõ ẽ corp9 no
tabilit sensibille, sicut ẽ itestinũ zirb9 vel aquositas,
inde ẽ qd uẽtosaz herniã nõ appellauit raicẽ, sicut
fecit de alijs trib9 quorũ sensibiliũ corporũ ẽ ppus
cõtact9 cũ testiculis. Et fz h clara ẽ lra. Lego eã.
Et cum accidit, i. eminẽtia bursalis, taliter. i. tali
mõ q qñ icidit penetrãs, i. qñ id qd descẽdit pene
trãdo iferi9 puenit ad testiculos, i. ad verũ conta
ctũ testiculorũ, noiat ramex z hernia, i. nõ solũ vo
cat hernia, qd ẽ sicut qdã gen9, ymo specialit cuz
hoc vocat ramex. Qz aũt ẽ pter hoc, i. eminentia
q nõ sic fit, igit q id qd nõ descẽdit vel icedit. z si
descẽdit, nõ puenit ad cõtactũ ipsorũ testiculorz, vo
cat uel noie cõitatis. i. generali uocabulo tãtũ. i.
a ulgo heria testiculi z uarices z durities ei9. z no
tãter explicuit spẽm hernie uaricalis. z nõ alias
q nõ sunt vere ramex, qz magis dubiũ erat nungd
uaricalis dẽret dici ramex, qz fit ut maxime ex dil
latatiõe didimorũ. nõ erat aũt sic dubiũ de eis que
fiũt ex ruptura uel relassatiõe siphac. qz non reci
piũtur illa corpora intra pelliculã itrinsicã imedia
te testiculos cõtinẽtẽ, sicut cõtinẽtur uarices, tñ di
xit q ẽt varicalis de qua erat rõnabiliter dubiuz,
nõ dz dici ramex zc. dixit ẽt notãt z durities: quo
niã pẽdẽs a carnositate vel apostemate nõ dz dici
ramex. Et si cõtingat testiculos, qm quelibz talis
nõ ẽ icedẽs, sz fit p paulatinã cõgestionẽ ibidẽ zc.

Et duricies zc. In hac secunda pte pn
cipali cali. dñs. A. iquirẽs
cãs spetiales vere rupture z dispositionũ ei simili
uz duo facit pricipaliter. quoniã prio ipe inquirit
cãs verarũ rupturarũ vel dispositionẽ sequentiũ
ad rupturã sifacis vl apitionez didimi vel didimo
ruz. secundo ipe põit causas dispositionũ istis simi
lium. sa ps icipit ibi aut generat apud eos, de pri
ma pte iqrendo cãs rupturaruz. pmittit prio vnũ
. s. qd aliqñ fit durities vel tumor ossei pp descẽsuz
zirbi. z dicit. Et durities qdem foliculi testiculorz
cadit in zirbo, i. aliqñ fit tumor bursalis vel augu
mentum ei9 pp descensuz zirbi. p quo declarãdo
ipe adducit etiã mõz hernie humoralis vel aquo
se, hoc tñ faciendo duo facit. qm prio simul oñdit
mõz hernie euenientis ex ruptura siphac z apitio
ne didimoruz. secundo oñdit mõz hernie euenien
tis a relassatõe. secunda ibi inferi9 p secundo line
as. Et qñz molificat zc. dixit igit pmo accidit eniz
qñz vt dillatent duo foramina pdicta, i. duo didi
mi pp debilitatem eorum, i. nãlem vtplrimum. s.
sequentem malitiã cõplexionis humide vñ. s. faci
liter ex oi cã dillatãtur, aut disrũpent, s. paniculi
vt supple zirbus z siphac ppter aliquã cãz de qui
b9 statim dicet. z sequit. Et egrediat qd sequit
ea, i. foramina, ppter iporuz debilitatem. aut alit
eã. i. mẽbra disrupta. s. zirbuz z sifacez. de humidi
tate glutinosa aut humorosa. aut molificatiua.
Et huiusmõi declarat cãm hernie humoralis vel
aquose secundũ tres gradus hũiditatũ. vt hũidita
tis satis grosse. z satis cõpacte, quã dedit itelligi p
ly. glutinosa. i. sili glutini pissiũ uel carte. secundo
inuit aliũ gradũ hũiditatis mediocris i substantia
per hoc qd dixit, aut humorosa, inuit tertio gradũ
humiditatis subtilis z tenuis substãtie per hoc qd
dixit, aut molificatiua, ab oi tali fieri põt. hernia
humoralis uel aquosa, qz cõtingit quãlibz talẽ re
piri i fundo uentris. s. zirbuz z siphac iacentia su
pra ossa femoris unde ruptis illis uel ãpliatis illis
orificijs uel didimis talis deorsum pcipitabit zc.
Sequit lra adducendo causã talis rupture uel
dillatatiõis qd hoc contingit aut ppter adiutoriũ
ex percussione, i. qd percussio ad hoc adiuuat. uer
bi grã cum quis percutitur cum pedibus circa il
las partes ut fieri solet ab armigeris contra fa
mulos suos, aut supple contingit motu, s. forti z la
borioso uel saltari uel eqtatione iordinata. aut ca
su maxime ab alto, sicut aliqñ ɔtingit i saltantib9
ab alto. ad notanduz pcipue cũ tenent apertas ti
bias. aut si cadant supra aliqua frustra arborum
uel lignoruz. Et addit hoc posse contingere. A re
tentione spermatis moti z phibiti ab expulsione.
aut ascensione mulieris super uirũ. Pro itellectu
huiusmodi partis est breuiter notandum qd lz in
actu coitus mã pprie spermatica. q extra ducitur
non transeat i plrimuz per illa uassa semiaria. q
sunt cooperta didim9 cum dicta uassa sint dicta
pparatoria z non subseruientia expulsiue testicu
loruz, ymo ipa mã uel erat iconcauitatis testiculo
ruz uel in uassis inuolutis uel medijs scdz uarias
operationes, tñ cum expellit mã spermatica pri9
in dictis locis retenta, ordinauit nã ut ɔñter mate
ria spermatica uel in sperma conuertenda ad te
sticulos trahat per dicta uassa pparatoria unde
si contingat mãz, q erat in uia expulsionis, non ex
pelli, q tamen in remota a situ suo succedens mã
occurẽs non recipit intra testiculos sz soluz in di
ctis uassis remanet z ibi super calefacta z spumo
sa mltum maxime qñ antecessit uehemens ɔmo
tio et desiderium. tunc spumando dillatat dicta
vassa z ɔñter ipos didimos ãplificat vltra iporũ

Ruptura
3. 22. tr. 1.

eoꝝ in oleo iprimātur ſicut ut dixit Meſue imprī
mitur forma ſigilli in cera.

Et adminiſtretur pro uſu tūc ad
dit. Et in ipo q̄
dem eſt ɔfortatio membri ⁊ carminatio uentoſita
tis et reſolutio humiditatū extraneaꝝ groſſarum
ut patet inſpicienti proprietates ſimplicium de q̄
bus. ſ̄. dictū ē ponit ɔſiter emplm ad giboſitate ȝ
uentoſitatis magis ualens cuius deſcriptio. ℞.
ſtoracis liquide quidam dicunt qđ eſt ſtorax que
extrahit̃ per decoctionē corticis arboꝛis ſicut ſto
rax eſt ipm gumi arboꝛis. Et. d. A. facit duo capi
tula unum de ſtorace humida uidete nos quidaȝ
dicunt qđ eſt mel ſtoracis calamite ſed quicquid
ſit eſt calida exicatiua et reſolutiua coſti calamo
romatici ſauine oium añ. ℥. i. euforbij ʒ. i. et đ his
oibus dictum eſt. ſ̄. olei nardini quātum ē neceſſe
. ſ. ad debite incorporañ dictas pulueres cū gumi
et fiat emplm per intrantia patet utilitas.

Apoſtemoſſe autē cura Hec ē
ſecūda
pars principalis cap. in qua ipſe determinat̃ de gi
boſitate ab apoſtēate et breuiter nos remittit ad
curā apoſtēatuȝ duroꝝ de qbꝰ uideñ ē. iij. q̄rtiꝰ ca.
de ſiferos dixit ḡ. Apoſtemoſſe autē cura. ē cura
apoſtematum difficilis maturationis et eruptiōis
et reſolutionis pꝛopꝛia apoſtematibꝰ duris ſupple
qꝛ talia ſunt huiuſmodi ɔditionū đ apoſtematibꝰ
mollibꝰ nō facit hic mētionē qꝛ eoꝛuȝ cura habet̃
ſicut et giboſitat̃ humide đ apoſtematibꝰ ēt ɔuer
ſis ad exituram non facit mētionē pꝛimo qꝛ ēt de
cura hoꝛū inuit nos remittere ad curā exituraruȝ
itrinſicaruȝ ⁊ ſc̄o qꝛ tales exiture cum rumpuntur

euacuata mā q̄ ul' cōprimebat uel grauitabat facile p se uel modico adiutorio ɔñr fiat curatio. ſ3 ō apoſtematib⁹ duris erat fiēda mēoria ſpālis cu3 ſint illa q̄ difficilimā faciūt curatōe3 ⁊c. l. tu lr̄a3

Rememoratio Jn hac vltima parte ca. ipſe reuertiť ad q̄dā remedia giboſitať hūide p̄rio pōit duo empl'a ſcōo ponit aliud gen⁹ curatōis qñ precedēria nō ɔtulerit. ſcōa ibi. Et qñ nō valēt curatōes. Jn prima pte enumerādo empl'a ɔueniētia i giboſitate hūida dixit. Empl'm bonū. ſumātur acor⁹ ⁊ emilla ⁊ dequoquať in aqua cipreſſi ⁊ iplaſtreť cū eis locus de his oibus dictū ē ſupra ⁊ p3 q̄ oia valēt acorus. n. ⁊ emilla poſt decoctionē cū aqua decoctionis cipreſſi piſtētur vel cu3 ipſo cipreſſo vel ſine ⁊ ponanť loco empl'i q̄2 in aqua cipreſſi pp fortem decoctōe3 q̄3 cipſſus reqrit terre ſtāť ſbe h3 virtutē cipſſi ⁊ ē durioris ſbe q̄3 acor⁹ vel emilla ⁊ iō ɔueniens eſt p̄rio ipm dequoq3 ⁊ ɔñr reliq̄. lego lr̄am remēoratio emploꝝ ad giboſitatē hūidā empl'm bonū ſumať acor⁹ ⁊ emilla ⁊ ſupple mōdētur ita in fruſtra icidanť ⁊ dequoquať in aq̄ cipſſi ſ. decoctōis ei⁹ ⁊ iplaſtreť cū eis ſiue oib⁹ ſiue duobus tm̄ bñ adinuicē maſſelať ⁊ ɔtrictis loc⁹ eminētie ⁊ doloris pōit aliud ɔferēs cū hoc vētoſſe ⁊ dixit. empl'm ɔferens humide ⁊ vētoſſe ex eis ſimul ſumanť emilla ⁊ ſauina ⁊ acorus ſupple equales ptes mōdētur ⁊ dequoquať i vino. ſ. medij coloris donec i decoctōe diſſoluātur ⁊ diſſoluať cū eis bdeliū q̄d faciliter fiet i virtute vini ſupple tante q̄titatis q̄ cotū viſcoſu3 reddat iō addit donec fiat vnguētū ⁊ admiſtreť clara ſūt oia. Cōſequenter vltimo ipſe ponit ſingulare remediū valens qñ reliqua remedia nō ɔtulerint ⁊ non ſolū in hoc caſu valet ſ3 general'r in oi ɔplexione māli hūida maxime frigida. Et dixit.

Et quando Non valēt curatiōis cū eis q̄ bibūtur ⁊ emplis ⁊ ſtlib⁹ ſ. vnguētis oleis fomētatōib⁹ ⁊c. Admiſtretur cauteriū ⁊ remoueatur molificatio ⁊ iduretur locus Notate hic q̄ vt ſupra dictum eſt oēs aut laudāt cauteriū in frigida ɔplexiōe material'r hūida ad mām exicandā ⁊ mēbrū ɔfortādū ⁊ p̄cipue cū reliqua nō ſufficiant ad pfectionē vt ēt hic vr̄ innuere. A. tñ in hoc cāu peccāte materia intra pectus nō laudarē ego fieri cauteriū ſ3 vbi materia peccans eſſet in muſchulis exterioribus tūc cauteriū multū pficeret. ſed de mō ipſi⁹ ⁊ quale eſſe debeat actuale an potētiale. Jn iſto caſu pp mēbra eſſe neruoſſa laudarē potentiale de diſcriptōibus ipo rū ⁊ forma ⁊ ordie habuiſtis ſupra copioſe. vnde hic ſcilentio ptrāſeo ad illū locū recurratis. tñ Albucaſis laudauit i hoc cāu cauteriu3 actuale ca. xlertio vt. ſ. fit cauterium ad mōm circuli vt capiat ſupiorem ptem ſpōdilis equaliter ⁊c. dixit tñ caue non admiſtres cauterium in giboſitate que fit in ſpaſmo nerui. tu vide de reſtauratōne p cirgiam q̄ aliqñ p ſe ſolam eſt ſufficiēs non fecit hic do. A. mētionē q̄2 niſi ſubito fiat reductio quodāmō nō valet ogatio q̄2 ēt. ſ. ſpondiliū fiat remotio ad añrius non eſt poſſibile vt cureť vt oēs dicūt. ⁊ ſi eſt ad poſterius poſuit curam ⁊ ordine3 quinta quarti cā. de diſlocatione ſpondiliū ⁊ ſeparatōne eorum q̄2 de diſlocatione cōpleta nō oportuit verba prolongare cu3 ut ēt ipſe dixit in principio cap. loco allegato qñ ſpondiles diſlocantur diſlocatione completa interficit pculdubio. ſolum ergo ponit curam remotionis aliqualis ſpondiliu3. Et ſic vere giboſitať. Non fuit igitur expediēs hic aliquid tractare neq3 ego aliquid dica3 ſ3 ad illum locum vos remitto ſic habetis finem cap. de cura giboſitatis in quo habuiſtis multa vtilia ⁊ quodāmō neceſſaria ⁊ ſufficientia ad capl'u3 infra de doloribus dorſi. Sumarie igitur hūiſtis in ca. i. canonem generalē curatiu3 humide ⁊ ſicce ſimul vt q̄d cura eorum quantum ad euacuationem dieta3 ⁊ localia eſt cura paraliſis ſi ſit humida vel cura ſpaſmi ſicci ſi ſit ſicca. Et p hoc verbum habeo excuſationem quia in hoc ca. nō ſequar intentum q̄d a principio propoſueram q̄ ſtatui poſt ordinem curatium traditum per dominum. A. in vno quoq3 capituloꝝ ponere ordinem domeſticum obſeruandum in actu practico p modum conſilij non tamen declinando a uia. d. A. hic non faciam ne uidear facere ɔſilium de paraliſi uel ſpaſmo ſed pro iſtis materiis recurratis ad ſecundā tertij ⁊ in materia paraliſis feci cōſcilium ⁊ diuulgatum ipſum uidete. Habuiſtis ſecundo ſpecialem canonem in medicis obſeruādū in giboſitate humida ut ſi ſint medicie ſtiptice calide ⁊ reſolutiue ⁊ cauſam qr̄ ſic debeant qualificare. Habuiſtis conſequenter canonem correctiuū ſuperioris ut q̄ talia utplurimu3 non offerātur niſi facta purgatione. Conſequenter poſuit quedam ſimplicia in quibus eſt coniuncta omnis talis uirtus ut i nuce cipreſſi ⁊c. Habuiſtis cōſequenter canonem compoſitionis diuerſarū medicinaru3 ⁊ compoſiť medicinaꝝ multum calidarum cu3 frigidis ſtipticis ⁊ adduxi cauſas uarias neceſſitať aliquando talis compoſitionis. Habuiſtis poſtea quedam olea ⁊ deſcriptiones quorūdam medicaminum in cāſu iſto conferentium et ſpialiter deſcriptionē olei de euforbio que fuit multum egregia et merito compoſitionis et merito ordinis deſcriptionis. Ultimo habitus ē cañ quod quando reliqua non contulerint tunc cauterium eſt medicina ſingulis. Sequitur cañ de varicibus.

De varicibus. cap. 15.

Et dillatatio Jn iſta pte p pter cām aſſignatā uerſus principiū ipſe determinat de quadā diſpoſitōe uenarū ⁊ de ipſaꝝ tumefactōe ⁊ groſſitie et q̄2 talis tumefactio i tibijs utplurimū manifeſtať q̄ uene q̄2 multiplicit tortuoſe icedunt p tibias l3 alibi ɔtigere poſſet et cū tumeſcunt ad ſimilitudinem uitis apparent iō ab aliqbus iſta egritudo uitis appellatur. Et ab

varices

A.varices appellant.ꝛ qm̄ ab eisdem fere cāis ut
videbit fiūt varices ꝛ elefantia, iccirco de vtriqꝫ
fit determinatio. p̄io tñ tractat de varicibus tāquā
ad ppositū magis ptinētib⁹, fo de elefantia fa ibi.
Et additio in pedib⁹ ꝛc. p̄ns ps principali diui
sione diuidit in ptes tres, quoniaꝫ p̄io manifestat
qd nois varicū, fo ipe adducit ipsaꝝ cās, tertio po
nit modū terminat earū fa ibi. Et plurimū san
guis ꝛc. tertia ibi Et iste varices nō suscipiunt de
prima parte dixit declarādo rubricā ƌ varice, Est
additio venarū in crure ꝛ pede ppter multitudīeꝫ
eius qđ descendit ad eas ex sanguine. Notāduꝫ
ꝙ per additionē intelligit grossitiem ꝛ manifesta
tionē ipsarū, per pedē intelligit pedē magnū in se
agregātē crus ꝛ cossam, vñ tales vēne ñ tñ tume
scūt in crure, sꝫ ēt tūescūt i cossa. p sanguieꝫ ñ so
solū itellīit sāguinē ppe sūptū ab alijs distictū hu
moribꝫ, sꝫ ēt p sanguinē intelligit indr̄nter vł ipsuꝫ
saguinem verū vel massam ipsi⁹ vt ēt alibi aliqñ
sumit put notat tertio tigni cōmento.cxcvi.ꝛ sic
est clara lr̄a cū rubrica cal'i. lege eā. Et plurimū
sanguis hūc psequit enumerādo cās ipsius, ꝛ p̄io
numerat cās corporeas, scđo primitiuas, tertio de
clarat in cāis corporeis si fiāt icipiēdo vel nō, scđa
ibi. Et plurimū ꝛc. tertia ibi ꝛ multotiens acci
dit dicit ergo p̄io ꝙ plurimū sanguis ē melancoli
cū ꝛ qñqꝫ est sanguis mundus nō melancolicus, ꝛ
qñqꝫ ē sanguis grossus flatic⁹ addit ɔñr ꝛ qūocū
qꝫ fit est sanguis in quo nō ē pūtrefactio ꝛ si nō.i.
si est putrefactio, nō saluabit cū eis pes ab vulce
ratione ꝛ apostematib⁹ malignis rō primi dicti ē
qꝛ sanguis melācolicus sua grauitate mouet deor
sum, ꝛ sua grossitudine receptus in cōcauitatibus
venarū magnarū nō pōt p porrositates venarū re
sudare neqꝫ in orificia recipi paruaꝝ venaruꝫ. vn
de ibidē remanēs ita agregat vt ipsarū venarum
magnarū per tibias extēsarū fiat amplitudo ꝛ dil
latatio, ꝛ iō utplurimū sanguis ē melancolicus qꝛ
sanguis subtilis vel aquosus nō sic ē apt⁹ ibidē re
tineri, qñqꝫ tñ ē sanguis nō melācolicus sed medio
cris sbe tante multitudinis, vt ad venas tibiarum
defluens sua multitudine oppillet, ꝛ ɔñr ibidē reti
neat, ꝛ ex ɔñti fiat ipsarū venarū dillatatio, pōt ēt
talis oppillatio fieri ex sanguine grosso flatico vi
scoso vel quodāmō aliqñ gipsiato, vnde ꝛ si re
cipi possit in cōcauitatibus venarū magnarū, nō
tñ al's strictiores venas sub intrare pōt. Et hoc est
ꝙ dixit subiungēdo. Et quādoqꝫ ē sanguis mū
dus non melācolic⁹, sꝫ supple mediocris sbe, ꝛ sup
ple peccās multitudine. Et qñqꝫ ē sanguis gros
sus flaticus, supple ēt viscositate adherens ꝛ oppi
lans, rō tertij dicti ē, qꝛ stante corruptione i humo
re aliqua ps p ebulitionē subtiliata ꝛ a virtute sti
mulata ɔpulsa sua accuitate corodit mēbruꝫ cui
occurrit, ꝛ sic fiunt vulceratōes in tibia vł si forte
non rumpat cutis saltē fiunt maligna apostema
ta, ꝛ hoc est qđ dixit. Et qūocūqꝫ fit in sanguis
in quo nō est putrefactio, ecce p sanguineꝫ intelli
git massaꝫ humoraleꝫ, ꝛ si nō, ymo supple fit putre
factio, nō saluabit cū eis, .s. putrefactis humorib⁹
pes ad vulceratōe ꝛ apostematib⁹ malignis, lege
tu lr̄aꝫ ɔtinuā. Et plurimū nūc ipse narrat cās
vtplurimū primitiuas huiūs dispositōis ꝛ dicit.
Et plurimū quideꝫ accidūt.s. varices cursorib⁹
ꝛ viatoribus ꝛ onera portantibus ꝛ coram regi
bus vel supple alijs principib⁹ assistentibus. Rō
istoruꝫ oiuꝫ est, vna qm̄ pp tales cās p̄io calefiūt
mēbra deorsum ꝛ sic mām copiosius atrahunt qꝫ
p nutricatōe sit necessariū hoc manifestū in itine
rantibus ꝛ cursorib⁹ pp motū hoc ēt verum est in
assistentibus corā regibus ꝛ onera portantib⁹ qꝛ
in talibus oibus laborant maxime aiales virtutes
mēbroruꝫ inferiorū p̄cipue pedū pp qđ dixit Aue
rois sexto colliget ca.ij. ꙩ sedere ꝛ sup pedes stāre
est exercitiuꝫ deorsi ꝛ nō pp aliud nisi qꝛ dorsuꝫ fa
tigatur multomagis tibie fatigantur pp sustenta
re mollem corporis ꝛ ēt ɔstat experientia ꝛ iō vir
tutes multā quātitatē spirituū ꝛ sanguinis trāsmit
tit ad eas ꝛ sic calefiunt quibus supcalefactis pro
mouētur ad atrahēdum ex quo atractio a vacuo
fit ꝛ a calido. Ad hoc ēt cōiter adiuuat qꝛ in sic di
spositis facilitatur mot⁹ māeruꝫ deorsum, vtꝫ, ꝛ sic
due precipue cāe ɔcurrūt.s. facilitas descēsus ma
terie ꝛ habilitas recipientis. Et sic est clara lr̄a
legem eam.

Et multotiens accidunt

Jaꝫ tertio
ipse narrat varietatē hui⁹ dispositōis qꝫtuꝫ ad euē
tum ipsius, ꝛ dixit Et multotiens accidit post egri
tudines acutas supple ēt diuturnas, ꝛ adducit cāꝫ
dicens quoniā expellit materia illic in illis qui ex
predictis ad hoc sunt parati, addit Et qñqꝫ acci
dit incipiendo, ꝛ addit ꝛ accidunt habentib⁹ sple
nem ex p̄dictis multotiens aduertendū ꙩ tota lr̄a
prima clara est excepto ꙩ illa particula in illis q
ex p̄dictis ad eas sunt parati, qꝛ pōt hr̄e dupliceꝫ
intellectum, primus est qđ post egritudines pellit
materia illic.s. ad venas tibiaruꝫ in illis qui sunt
parati ad eas ex predictis.s. cursoribus itineranti
bus, qꝛ in istis pp vsum cursus materieruꝫ deorsuꝫ
facile per naturā cum ipsa expellit māꝫ cretice, ex
pellit eum ad dictas venas, ꝛ sic sunt ex p̄dictis ad
hoc parati, secundus est qđ natura post egritudīes
expellit illic ad venas tibiaruꝫ in illis, qui sunt pa
rati ad hoc, .s. pp amplitudineꝫ venaruꝫ ꝛ lassita
tem ꝛ debilitatem ex predictis.s. materieb⁹ vt me
lancolia vel flate grosso ꝛc. vterqꝫ sensus bonus
est. Secundo notandum qđ in habentib⁹ spleneꝫ
i. passiones spleneticas multotiens fiunt iste eua
cuationes p naturā ad venas tibiaruꝫ, ꝛ hoc iō qꝛ
in talibus ex ipotentia atractiue splenis ꝛ seqstra
tiue cuiusdā multuꝫ de natura melācolica i mas
sa sanguinis remanet, ꝛ sic trāsiens sanguis ad ve
nas tibiarū ibidem paulatine remanes secunduꝫ
moduꝫ supra dictum tandem facit extensioneꝫ ve
narum, ꝛ sic fit iste morbus incipiendo, sicut etiā
fiunt dolores iuncturaruꝫ incipiendo qñ in toto vi
tio epatis vel sto. mā flatica i tota massa viscosa
suphūdat, ꝛ hʼ itēdebat i illa pte qꝛ accidūt icipien
do, sic ꝛ dolores iuncturarū, ꝛ addit ꝛ accidunt ha

bentibus splenem ex predictis que .s. fiunt icipiendo multotiens, licet ista ps vltima possit verificari ēt de eis que fiūt cretice, qm̄ passiones splenetice nō multotiēs sint melācolice, cū ɔtigat a natura talem materiā cretice expelli multotiens expellitur ad dictas venas ꝓpter cām supiꝰ dictā. ⁊ sic ly ex predictis pōt retorqueri ad dictas passiones q̄ alias sequūtur, vtꝫ lego lr̄aꝫ. Et ml'totiēs accidūt .s. dicte varices post egritudiēs accutas qm̄ expellit' materia illic .s. ad venas tibiaruꝫ in illis q ex p̄dictis dupl'r exponēdo ga ex predictis .s. cursoribꝰ vel itinerātibus sunt parati pp cām dictaꝫ vel ex predictis materiebꝰ expellitur. .s. melancolia ⁊c. in illis q sunt parati pp amplitudinē meatuū ⁊c. Et qn̄qꝫ accidunt incipiēdo ⁊ nō supple post al's egritudines sed per paulatinaꝫ congestionē sicut accidunt dolores iuncturarū incipiēdo .s. aliquotiens. Et accidūt habētibus splenem .i. passiones spleneticas ex predictis multotiens ēt ly ex predictis dupliciter referendo vt dictum est.

Et iste uarices In ista parte tertia principali ipse ponit modū terminat' dictarum varicum, ⁊ tria facit. secundū tres modos terminationis secunda ibi. Et qn̄qꝫ inciduntur, tertia ibi. Et multotiēs quidē. de prima dixit. Et iste varices non suscipiūt curationē .s. que accidunt habentibus splenē. ratio huius qꝛ in hn̄tibus passiōes spleneticas debilitō splene multa materia melācolica, vt supra dicebatur, in massa remanet que faciliter deorsum mouetur, ⁊ sic licet materia sub forma coniuncta existens remoueatur, tn̄ pp fluxum succedent' materie egritudo conseruatur, ⁊ sic nō suscipiūt curationē. aduertendum tn̄ ꝙ ista ɔclusio veritatē hꝫ ɔseruatis passionibus spleneticis ⁊ splē nō fortificato, ga ipsis remotis ⁊ membro ratificato possibilis ē vera curatio sicut ⁊ reliquarū sil'ium, ēt dico qꝺ non repugnaret stante debili splene tales varices vere curari, qꝛ est si splen nō debite sanguinē mundificaret, tamen p medicinas melencoliaꝫ euacuātes posset mundificari, ⁊ sic non multiplicaret' in toto, vnde ɔsequenter non flueret ad tibias. verūtamē oporteret medicias multotiēs reiterare, ⁊ hoc eēt difficile ⁊ nature laboriosum. ɔclusio igitur nō intelligatur impossibiliter, sed difficulter. lege eā.

Et quandoqꝫ Nunc ipse ponit scd̄um modū terminationis dictaruꝫ varicū .s. q fit p incissionem, ⁊ prio fac hoc. scd̄o remouet dubitationem, scd̄a ibi. Cū āt ē sanguis circa pri. ēt duo facit, quoniā prio pōit unūꝫ nocumentū aptū seq ex icissione dictaruꝫ uenaꝝ. scd̄o ponit aliud nocumentuꝫ aptum seq ēt ex icissione secunda ibi. Et accidunt i illis ⁊c. de prima pte dicit. Et quādoqꝫ icidunt', ⁊ accidit ex icissione earuꝫ extinuatio mēbri pp p̄uatōeꝫ deferentiū nutrimentū. dicit de scd̄a pte. Et accidūt in illis q̄ ex eis sunt meloncolice cuꝫ incidunt' ⁊ ꝓhibent' egritudines melancolice ⁊ melancolia. Pro intellectu haꝝ duaruꝫ pticularuꝫ simul notandū est ꝙ tales vene p cura perfecta multipl'r incidi possunt, quoniā aliquādo ꝼm longū flobothoniant' in una tm̄ vl' pluribꝰ ptibꝰ ipsaruꝫ, aliqn̄ vo scd̄m trāsuersum in totum incidunt', ⁊ aliqn̄ p̄ter hoc ēt extrahunt', ut in cura magis uidebit'. i proposito āt p incissioneꝫ intelligit icissionē alicuiꝰ magni rami scd̄m transuersuꝫ totalē a quo ramo alij plures oriunt', qr̄ facta icissione manifestuꝫ est sanguineꝫ ⁊ humores nō posse ulterius ad iferiora mēbra deuenire, ut si sit fcā incissio sub genu imediate nō potit p ramos oēs illius rami materia deferri ad pedē, ex quo seqtur ut de necessitate membruꝫ minuet' ⁊ extenuabit' pp minorari nutrimentuꝫ ipsius mēbri. Seqtur scd̄o p talē icissionē disponi ad generationē egritudinuꝫ melancolicaruꝫ, si materia dictaruꝫ uaricaruꝫ fuerit melancolica, ut quarētane melancolice passiones lepre ⁊ huiusmodi, ⁊ disponit' ad generationē simili mō passiōuꝫ fl'aticarum si materia ipsarum fuerit fl'atica, ut ad generationē appoplexie ⁊ sil'ium. Et hoc ē qꝺ intendebat in lr̄a, lego eā. Et qn̄qꝫ incidunt' .s. ex trāsuerso totał'r p cura. Et accidit ex incissione earuꝫ extenuatio mēbri .s. inferioris pp p̄uatōnem deferentium nutrimentum .s. ipsoruꝫ ramorū ortorū a ramo grosso incisso. Et accidunt in illis que ex eis sunt melancolice cum incidunt' ⁊ ꝓhibent' .s. materie ipse melancolice ne deorsum ferantur pp incissioneꝫ ipsarū uenaruꝫ egritudines melancolice ut sicut .s. quarētena lepre ⁊ melancolia .i. passio sic appellata ab auctoribus, que ē melancolia, ita intelligas qꝺ si uarices sint fl'atice, ⁊ incidunt', ⁊ ꝓhibent' materie ⁊c. qꝺ accidūt tunc passiōes fl'atice, ut subet epi. ⁊ siles qꝛ tales mā̃e erāt misse a nā ⁊ elungate a p̄ncipalibꝰ ꝓhibita aūt tali exhoneratione remanēt dcē mā̃e ad intra ⁊ faciūt morbos nouos ꝓportionales ⁊c.

Cum autem est In ista pte ipse remouet dubitationē qꝛ aliqs posset dicere est ne necessariū ꝙ sp cū uarices eradicant' uel incidunt', ꝙ fiant passiōes melancolice, rn̄det' qꝺ nō. Nā cū sanguis ē mundus. sed .s. tn̄ peccās in q̄tito lꝫ eradicent' uel auferant', tn̄ tūc non timetur qꝺ accidat melancolia uel supple alia passio melācolica, rō est qꝛ ⁊ si ꝓhibeatur talis sanguis ne ad iferiora pellatur, ⁊ ɔn̄r in hītu totiꝰ multiplicetur, nō ꝓpt'a generabit' melācolia cū sanguis nō sit melancolicus. Sꝫ si alie egritudines generabūtur, ipse erūt de habundantia sanguis ut sinoca, uel apostema sanguinea, uel fluxꝰ sanguineus, uel ruptura uene, ⁊ sil'es. ē tn̄ aduertēdū qꝺ hoc itell'i hꝫ imediate, qꝛ mediate starꝫ oppositū, qm̄ multiplicato sanguine i toto p inf'atōnē tandē ⁊ resolutionē fieri poterit humor melancolicus ⁊ imediate generari possunt egritudines melancolice, ⁊ sic ē lr̄a clara lege lr̄aꝫ.

Et multotiens quidē Iam ipse ponit ultimū modū terminationis, ⁊ dixit. qꝺ multotiēs quidē putrefit id qꝺ ē i uaricibꝰ ⁊ perducit ad uulcera .s. pp putrefactōeꝫ mē. ⁊ rō ē clara, nā dicta materia pp putrefatiōꝫ redditur acuta corosiua ⁊ uulceratiua ut pꝫ ⁊c. ⁊ sic ē finis ca. In quo primo māifestauit qd hēmus itelligere per uarices

varices / elefantia

postea posuit cās τ primo se tenētes ex parte materie, vt corporeas, secūda ex pte cārum primitiuarū de corporeis dixit ꝙ plurimū est sanguis melācolic⁹ τ aliqñ sanguis flegma. grossus τ aliqñ sanguis mōdus. Sed quocunqȝ fit, i tali materia nō est putrefactio postea i cāis primitiuis dixit ꝙ accidit cursorib⁹ itinerātib⁹ τ honera portātib⁹ τc. postea hūistis quō aliqñ accidit post egritudines accutas ēt adebatur post cronicas pōt accidere τ aliqñ incipiendo τ pcipue habētibus passiones spleneticas postea posuit modū terminatōis ipsarū τ ꝙ qñqȝ incidunt τ tūc duo timētur. s. vel mēbrorū inferiorū arefactio aut passionū melancolicarū generatio vel supple flaticaruȝ. s. varice sic flatice τ si pendeāt a sanguie mōdo nō est timor passionuȝ melancolicaruȝ, intelligebat imediate, qȝ mediate esset timor passionuȝ melancolicaruȝ. dictuȝ ē postremo ꝙ si materia putrefiat ꝙ terminatio fit per varices ad vulcera τc.

De elefantia. cap. 10.m

Elefantia est additio

In pedibus postquā determinauit de varicib⁹ nūc pp cōitatē in cāis vt supra dicebatur ipse determinat de elefantia q̄ ēt ē passio tibiarū τ pedum τ dr̄ elefantia scđum Auēzo. qȝ taliter disponunt̄ pedes in hac passione vt assimilentur pedi vel tibijs elefantis τ i ca. tua facit quoniam primo sicut τ i superiori ca. declarat qd nōis elefantie secundo ipse ponit cās corporales spiales talis passionis tertio ipse ponit cās magis generales τ cōes ēt varicibus de quibus supra nō fecerat mentionē. secunda ibi. Et qñqȝ fit propter humorē tertia ibi. Et cā eius est τc. de prima pte dixit declarādo elefantiā. Elefantia est additio supple nō naturalis. In pedibus scđum modum qui accidit in venis varicuȝ. s. propter multitudinem eius quod descendit ad eos τc. qr̄ igrossat pedem cuȝ equalitate sua. Et per hoc distinguit̄ a varicibus i quibus nō apparet equalis tumefactio in toto pede p pedem hic itelligit̄ pes sicut τ in supiori ca. s. pes magnus agregans simul pedem cuȝ tibia aliqñ tñ tumescit pes siue tibia τ apparet principiū cacessie τ signum distictiuū ponetur in ca. signorū. Et sic est lr̄a clara lege eam.

Et additio τc. cū equalitate sua. i. apparet eq̄lis i toto additio ꝙ nō fit in varicibus qa i ipsis tātū apparet additio in venis τ pes sepe extenuatur vt dictū ē supra. Et qñqȝ fit ponēdo cās ipsius corporeas ipse breuiter ponit easdem cās quas ēt supra posuit de varicib⁹ cū eodē modo fieri possit elefantia sicut τ varices qȝ i hoc tantū differūt ꝙ in varicibus cā preter naturā magnificās claudit̄ in venis tantū notabilr̄ magis i elefantia āt materia replens p totum mēbrū ē sparsa dixit ergo. Et qñqȝ fit pp humorē melancolicum τ est id qđ est plurimū. Et qñqȝ fit pp humorē flaticū grossuȝ totū istud claȝ est ex dictis supra. Dixit consequenter. Et quādoqȝ accidit ex cāis ex quibus accidunt varices. s. aliquādo post egritudines al's τ aliquādo icipiendo sicut supra declaratū ē. Et ex sanguie bono cū plurimū descēdit ecce vocat habūdatiā q̄ti saltē respectu mēbri pticularis vt nutritur bȝ lr̄a exterior τ nutritur ita ꝙ ly aut sonet τ eo pes nutrimēto aliquo. i. pes nutritur tali sanguine nutrimento aliqūo ipropriē qȝ non fit bona appositō vel assimilatio τ addit ꝙ talis pes est in primis rebus rubeus deinde niger. Et hoc ē qȝ sanguis ibidem non debite a natura regulat⁹ alteratur τ sic cutis quodāmō denigratur vel liuescit τ sic est clara littera.

Et causa eius

In hac tertia pte ponit cās cōis ad has dispositōes reducens se ad duas cās que sūt cōes ad oēs egritudines que fiunt p viā de fluxus τ dixit. Et cā eius. s. elefantie ē vehementia repletionis. s. in toto hoc tamen maxie verificat̄ in sanguinea hec ē prima cā secunda ē debilitas mēbri. s. recipieñ τ cruris pp multitudinē caliditatis qȝ oīs excelens cōplexio mēbrū debilitat addit ēt cām istrumentalē ad hoc iuuantē tenēte se ex pte cāe efficienter vt vehementiā atractōis iō subdit. Et vehementia atractionis eius. lȝ reperiat̄ text⁹ in accusatiuo dȝ stare in noiatiuo pp vehementiam caliditat̄ inflamate ex motu ita ꝙ ipse adducat p̄ter cās duas cōes ad morbos p viā fluxus aliam spialem in hoc cāu vt vehementiā actractōis pp calidit̄ hoȝ mēbrorū qȝ talia mēbra vt multū sūa p calefiunt pp motuȝ ēt caliditas dupliciter adiuuat ad hoc primo mēbruȝ debilitādo sicut ēt facit q̄libet alia excellens cōplexio sed ista maxie hic diūgitur pp motū ēt adiuuat vt dispositio passiua secundo qȝ p caliditatem vigorat̄ atractio ēt stat debilitas membri cū vehementia atractionis materie τ hoc totū pp caliditatē inflatam acquisitā ex motu. Et hoc est ꝙ itendit lego lr̄am. Et cā. s. eius elefantie est vehementia repletionis. s. in toto τ debilitas membri propter multitudinem caliditatis τ vehementia atractionis eius membri propter vehementiā caliditatis iflamāt̄ ex motu. Addit vltimo in causis. Et ad id adiuuant hoc est ad hanc egritudineȝ dispositiōes. s. primitiue adiuuātes ad uarices sicut cursus longa itineratio statio i pedib⁹ portatio oneris ista oīa adiuuāt ad elefātiam sicut etiaȝ ad uarices scđm moduȝ expositū supra ul' adiuuant ad id. s. ad caliditatē membri τ consequenter ad ipsius debilitatē τ ad uehemētiā atractionis dicte dispositiōes primitiue que dicte sunt vt patet lege lr̄aȝ ēt est finis huius primi cap. ubi primo habuistis quid nōis elefantie ut ꝙ est equalis additio in pedibus secundum moduȝ ꝙ erat dictus de additōne uenarū pedum in uaricibus habuistis causas corporeas ut ꝙ plurimuȝ est melancolia aliquando flaca. Interduȝ sanguis mōdus multitudine peccās postea habuistis causas cōmunes ut repletionem totius debilitateȝ membri τ uehementiam atractionis propter caliditatem τc.

De signis τ de causis varicum τ elefantie. 17

d Iscernitur unaqueqz Istud est ca. cōe signorum causarū varicum τ elefantie in quo ab eisdē fiunt vt supra dictū est diuidit' cap. in duas partes quonia prio ponit vnū cōe signū oībus corporeis τ primitiuis. scdo ponit signa spialia cārū corporearuz. scda ibi. Et melācolia est grauis de pria pte dixit discernitur vnaqueqz ex suo silī p colorē τ regimē antecedēs. intelligendū q ista lra pōt hre duplicē intellectū prius est q vnaqueqz cārū materialiuz discernit' ex suo silī p colorē τ regimē antecedens fuerit multiplicatū flatis qz si color fuerit albus τ regimē antecedens fuerit multiplicatū flatis scit' tunc qd ē flatica τ si fuerit color rubeus τ pcessit dieta sanguinis multiplicatiua tūc discernit' qd ē sanguinea ita dico de melancolia pportionabilr alius sensus est vt color silis materie sit signuz distinctiuū materie vt dcm ē τ regimē antecedēs sit signū cārū primitiuarū vt si fuit cursor vl' assistēs corā principalibus vel portās honera grauia hoc est signū cāruz primitiuarū qz cā earū est signum earū ita quod i ista pte ponāt' signa cōia cāis corporeis τ primitiuis τ scdm hunc modū itroducta ē lra quocūqz tñ legat' sensus ē bonus lege lram.

Et melancolia nunc ipe ponit spialius signa dictaruz cāruz materialiū τ dicit qd melācolia est grauis tendēs ad caliditatē. Et illa .s. melācolica que est rubea ē magis icolumis q̄ nigra. Ratio primi dicti est qz materia melācolica ponderosa est qz terrea ēt membrū multū grauitat' dixit qd itendit ad caliditatē hoc itelligat' vtplurimū maxime degenerata p viā de fluxus qm materia melācolica satis imobilis ē neqz mouet' ad alia mēbra nisi sibi diungat' aliqd vehiculū differens vel ab intrinsico vt collera vel sanguis vel ab extrinsico si putrefiat τ sic quolibet calefit τ membrū calefacit. illa tñ que facta ē calida p mistionē sanguinis est icolumior qz benignior τ nature obediētior q̄ p mistionē colere vel q̄ putrefacta. Ex quo pz qd illa q̄ est rubea ē magis icolumis q̄ nigra p nigram intelligendo nō rubeā .s. vel obscuram vl' viridem vel subcitrinam ēt ē clara lra lege eam. Addit dñter qd flatica est ad leuitatem decliuis qz membrū palpat' melius τ leui⁹ nisi supple stet nimia repletio vl' extēsio qz tūc nō appebit mole sz duz sz ceteis pib⁹ appet moli⁹ ex quo mā ē hmōi

Et quandoqz Nūc ipe iterponit vnū pronosticuz de ipsa melancolica τ dixit. Et qnqz festinat melancolica ad scissonē .s. membri τ vlceratione hoc māifestum est de melancolica adusta p putrefactionem generata vel calida p colere mistionem. Addit qd sanguinea eit nota τ est manifesta ex color rubeo ex tactu calido cū reliquis signis sanguineis τ est finis lege totam lram nō oportet sumare qz breue est caīz. potest Poni signum distinctiuū a cacessia primo qz in cacessia membrū magis obedit ipressioni qz materia nō est sic grossa sicut in ista scda qz in cacessia stat manifestuz cpatis nocumentum quod cognoscitur ex operibus τ casibus eius hic non necessario.

De cura varicū τ elefantie. 18

e Lefancia quidem In isto ca. dns. A. ponit simul curam varicum τ elefantie. τ diuidit' principali diuissione in tres partes qm ipse primo narrat facilitatez τ difficultatez curationis elefantie ponendo etiaz ipsius aliqualem curam. scdo ipse ponit curaz magis varicum. tertio ipse ponit silitudinem quādaz elefantie cum nodis. scda ibi. Regimē vero varicum. tertia ibi in fine cap. Et fortasse assimilātur nodi τc. prima adhuc i tres qm primo ipse generaliter ponit modū terminationis eius secundo ipse ponit regimē obseruandū in principio ne augeatur tertio ipse ponit modū curatiuū si sit opa curari in ofirmata. secūda ibi. Cū ergo succurrit' tertia ibi cuz āt ofirmat'. De prima pte dixit duo principaliter prio qd. Elefantia qdem maligna ē q̄ parū sanat' τ addit. Et cz quod dimittat' cuz dispositione sua si nō addit dixit secūdo. Qz si puenit ad vlceratione τ timet' corosio non ē aliud nisi vt icidat' radicit⁹. s. est istud oueniētius remediū ad hoc. Pro intelligentia totius capli' ē premotandum quod ponendo curam elefantie ipse multa dimisit ad curam necessaria q̄ ponētur in cura varicum, τ ibidem q̄dam ēt relinqūtur q̄ supponit intellecta in cura elefantie τ hoc qm in cura cōicant quātū ad dietā τ medicinas τ si differāt quātum ad manualē operationē qz vt dictuz supra he dispositōes in cāis corporeis τ primitiuis cōicant differunt soluz in hoc quod varices sunt augumētum venarū tibiarū τ sepe fit aliarum ptium extenuatio τ sic stat ptiuz mēbri magna inequalitas in eleuatione τ depressiōe. In elefantia est augumentū in toto pede equale per pedē intelligendo pedem magnum vnde sicut aliqn fit augumentuz naturale membroruz τ ē lapsus ab optima cōpositione in augumento vt dixit. d. A. scda primi ca. tertio de nicomaco qd ita creuerūt oia sibi mēbra q se mouere nō poterat ita fit ēt augumētū pt naturale aliqn i mēbro τ equalr τ ē q̄tū ad opatōez manualē differāt in cura quoniā varicib⁹ aliqn ē necessaria scissura venarū tātū in elefantia fit aliqn necessaria scissura totius tibie vt videbit' in pcessu. Secūdo notādū q elefantia sp ē difficilis sanationis pp duo prio qz materia talis morbi sp ē materia grossa qz subtilis τ colerica ibidē nō reseruaret' τ ē difficultat resolubilis secūdo qz mēbrū ē debile τ aptū exceptioni materie tū i se tuz pp situm eius ēt qz p motū calefit ipsius vigoratur atractio ex oñti aliqua portio materie resolueret' tñ pp situm membri τ debilitatē eius τ ipso propt motum calefacto cohadunante ad attrahendum vtplurimum plus de materia fluit quā resoluatur

Elefantia

ad hoc adiuuat qꝛ cuꝫ resolutio ñ fit nisi p mãs calidas quarum uirtute mã exacuit que tamen est calida vtˢsupra dictum est ꝛ vtplurimum adusta dubium est ne approximatõe taliũ medicinarum materia ita augeatur quod membrũ ad vlceratõnem ꝛ corrosionem veniat. Et ad hunc sensuꝫ credo laudauit. ypo. vi. affor. cancros curari nõ debere hoc est cum medicis huiusmodi pp timoreꝫ corrosionis licet. G. in cõmento vr̃ intelligere d̃ cura cũ ferro ꝛ sic apparet sententia prime part̃ clara. Tertio notandũ pp dictũ in secundo loco qꝛ licet aliqualis timor esset de corrosione membri ꝛ si. s. color uiridis fiat ꝛ aliqualiter fiat in sensu diminutio non tñ membrũ debet radicitus eleuari ꝛ remoueri qꝛ aliqñ sufficit sola scapellatio ꝛ scarificatio ꝛ uẽtosatio mẽbri posset tñ i tñ membrũ corrodi quod esset membrum radicitus remouendum uerbi gratia pede coroso supra genu posset remoueri tibia vsqꝫ ad genu ꝛ si supra etiã supra ꝛ pp hoc põt legi lr̃a dupliciter primo si sic timet̃ corosio non est aliud supple iuuans nisi vt incidatur radicitus. i. scarificet̃ membrũ radicitus totaliter vel aliter incidatur radicitus. i. in totũ incidatur ꝛ admoueatur membruꝫ lego lr̃am. Elefantia quidem maligna est. s. quantum ad moduꝫ terminationis que parum sanatur ꝛ oportet quod dimittatur cum dispositione sua si non additur. i. non curetur vere cum mecis fortibus resoluẽtibꝰ vel cum ferro pp timorem cãzeratõnis pp causas dictas nisi addatur qñ tunc expedit vti fortibus. non tamen multa qn cum medicis ꝑcedamꝰ blandientibus ꝛ magnificationem ꝓhibentibus vt patebit. Qꝛ si peruenit ad vlcerationem ꝛ timet̃ corosio vel ex se vel imperitia medici non est aliõ s. iuuamentum nisi vt incidatur radicitus dupliciter exponendo vt dictum est.

Cum ergo succurritur ꝛc.

Postquã posuit difficultatem sanationis eiꝰ iaꝫ cõfirmate. Nũc ipse insinuat nobis quid faciendo in principio cum manifestatur ꝛ primo dixit. Cum succurritur ei in principio sui possibile ẽ vt prohibeatur cum euacuatõnibus addit ꝛ proprie cum vomitu laborioso ꝛ cuꝫ eo quod extrahit fl̃a ꝛ melancõia ꝛ cum flobothonia si idiget ea addit deinde. s. factis purgationibus administrẽtur stiptica super pedem. pro intellectu part̃. primo nõndum qꝛ in principio possibilis est ꝓhibitio quoniã in principio non adhuc natura est assuefacta trãsmittere talem euacuationem ad pedem neqꝫ mẽbrum per materiã debilitatum est vnde licet merito situs membri ꝛ dispositionis in atrahendo cũ incipit talis morbus difficulter impediatur tamen possiblle ẽ vt ꝓhibeatur deriuando materiaꝫ que debent fluere ad aliũ locum ꝛ ideo dixit possibile ꝛc. ꝛ quia deriuatio per superiora cum hoc qꝛ materiã aliunde euacuat ẽt diuertit ab oppo. ꝛ non sic diuertit euacuatio per secessum iõ in casu isto laudauit euacuationem cuꝫ vomitu laborioso vt innueret non sufficere vomitũ medicinaruꝫ cõiuꝫ qui fit cuꝫ vomitiuo leui sed oporteret fieri vomitum materiarũ propriarũ ꝛ qñ tales per vomitũ educibiles sunt fl̃a ꝛ melanconia que sua põderositate difficulter euomũtur ideo expedit vti vomitu laborioso tales mãs respiciente notanter igitur dixit cum vomitu laborioso veruꝫ qꝛ materia talis dispositõnis nõ semper est dominans fl̃a vel melanconia sed sanguis vt iussum ẽ qui cũ nõ fit per medicinã vomitiuam proprie educibilis sed p flobothoniam ideo dixit.

Et cum flobothonia Fiat euacuatio si i

diget ea vt in casu dicto. Et hoc tamen non ꝯcludas non fieri debere euacuationẽ per sesseũ ymo etiam illa ꝯuenit sed euacuatio per vomitum proprie ualet maxime in dispositione ad vomendum ꝛ hoc intellexit in illo verbo proprie. Et ex hoc patet prima pars clara. Secundo notanduꝫ qꝛ d. A. in dictis hic insinuauit nobis modũ ꝑcedeñ in cura quoniã primo. Jussit fieri debere euacuationes deinde membrum stiptici ꝯfortari ꝛ materiam repcuti aliter in regularis foret operatio vt alias dictum est lege tu lr̃am.

Cum autem confirmatur

Jn hac tertia parte ipse ponit curam iam confirmate si possibilis est curatio ꝛ prohibitõ ꝛ duo facit primo facit quod dictum est secũdo ipse ponit vnum simplex in hoc casu valens secũdũ quosdam ibi. Et dicitur de prima parte dicit. Cum autem confirmatur parum speratur qꝛ prohibeatur clarum est ex dictis addit. Et si speratur scias qꝛ suma curationis sperate huius egritudinis est assiduando in curatione ꝛ administratio resoluẽtium fortium de secunda parte dixit. dicitur qꝛ alchitrã conferet ei inuiscatum ꝛ linituꝫ. Notandum qꝛ sine ministerio dixit quod sũma curatiõis sperate est assiduatio in curatiõe ꝛ nõ dixit i euacuatione vel digestione vel resolutione sed dixit curatione Et hoc fecit notãter vt inueret nobis maximam habendã diligentiaꝫ in omni instr̃o curatiuo pp difficultatem curationis. s. in sex rebus non naturalibus quãtum ad dietã in medicinalibus etiã cum digestiuis euacuatiuis ꝛ materie antecedeñ ꝛ proprie cum resoluentibus confortañ ꝛ similibus nã ista omnia clauduntur sub isto termino curatio assiduatio igitur in curatione ẽ necessaria in vera cura sperate spialiter tamẽ assiduatio resoluentiũ fortiũ presupositis cõibus quod ẽt notanter dictũ est qꝛ in digestione euacuatõe materie ꝯueniũt morbi materiales non dico cum eisdem in resolutione autem talis materie precipue conuenit applicatio resoluentium fortiũ cuꝫ talis materia vtplurimum fit melãconia uel fl̃a grossũ reperta in extremitate corporis membro debili ꝛ frigido ideo resoluẽtia fortia sunt necessaria ad curationẽ. Et sic patet clarificatio prime lr̃e lege eam. Super secunda parte notandum quod alchitram reperitur dupliciter scriptũ aliquãdo sic ꝛ aliquando scribitur chitram ut patet primo i fo

cañ.ca.de Scherbin ubi dr̄ ꝙ Scerbin ē arbor
albitrã.⁊ est ca.664.Jn ca.aũt 500.Scribit chi
tram qdem ē gumi arboris que noiatur Aserbin
quidam dicunt qꝺ ē gumi cedri non tamen appa
ret sic ex uerbis.d.A.in dictis cap. Sed qcquid
sit gumi calidum ⁊ siccum in quinto rubificat ⁊
cauterizat ⁊ carnem lassam efficit fortem ⁊ dixit
idem.d.A ca.eodem de chitram ꝙ ē medicamen
elefantie ⁊ uaricibus deglutitum ⁊ linitum. Re
gimen uero uaricum ⁊c. Ista est scđa pars prici
palis cap.in qua ipse ꝯtrahit curam harum dispo
sitionum magis ad uaricas.et diuiditur pars pñs
principaliter in duas ptes.quoniã primo ipse põit
curam iparum magis cõm ⁊ familiarem.2o curaȝ
magis disperatam.2a ibi. Q si non ualet aliqd
nisi incissio.prima pars etiam diuidi põt i tres par
tes.quoniaȝ primo ipe ponit regimen obseruãduȝ
satis cõe circa totum corpus.2o ponit qũo operã
dum est circa ipas uenas tumefactas ipm sangui
nem euacuando.tertio ponit quid fiendum facta
euacuatione totius materie in totius regimen ⁊
circa ipas tibias prohibendo ⁊ obseruando a reci
diua.2a ibi.deinde pueni ad istas ⁊c.tertia ibi.de
inde assidue fac.de prima parte dicit ⁊ est totum
clarum. Regimen uero uaricum est qñ oportet
ut euacuetur corpus ex uenis manus.s. quoniam
materia est sanguini mista ⁊ in toto est sanguis re
pletio.per manũ intellige brachium.ratio est qꝛ
fit diuersio ⁊ euacuatio.addit ⁊ euacuentur me
lancolia ⁊ humores grossi.s.cum uomitu ⁊ potio
ne appropriat.addit ⁊ rctificetur regimen in om
nibus sex rebus non naturalibꝰ probibẽdo igrossa
tionem humoꝝ ⁊ adustionẽ.⁊ exemplificat dicẽs
deuitent oẽ ingrossatiuũ.s.maxime in cibo ⁊ po
tu ⁊ carnes grossas ⁊ silia in cibo.⁊ uinum grossuȝ
nigrum in potu.addit ⁊ deuitet motus laboriosos.
maxime intelligitur de motu progressiuo lȝ possit
ad motum oẽm laboriosum ampliari.utȝ ⁊ statio
nem longam.nam talia oia. Cãe sunt uel ẽẽ pñt
uaricum.dixit de 2a parte.⁊ totum clarum ē.dein
de pueni ad istas uenas factis.s.istis cõibus eua
cuationibus.⁊ dixit notanter.deinde.ut denotet
ordinem habendum in cura.qꝛ si fieret flobotonia
safene non p̄suppositis alijs.nullo modo iuuaret.
utȝ qꝛ flobotomia eas ⁊ extrahe totum qꝺ in eis ē
de sanguine melancolico. Et ut supple hoc fiat
ꝯuenienter.addit fac flobotoniam in fine safene.
Et itellige fiat lata flobotonia ut grossus sanguis
exire possit.⁊ paulatine fiat ꝯp̄ssio uenarum tume
factarum deorsum adiuuando eductionẽ ipsius
sanguinis grossi. Et nõ.qꝺ dixit exemplificando
de flobotonia safenaꝝ.ita intelligit hic de floboto
nia uene siatice si uene replete ad ipam maiorem
habeant directionẽ.quoniã ꝯplectior fiet euacua
tio eius cuiꝰ euacuatõm intendimus.de tertia par
te regimen ponendo p̄seruatim dixit.deinde facta
euacuatione pticulari assidue faci omni modico
.s.tp̄ris mondificationem corporis cum eis q̃ sunt
yerapigra in euacuando materias grossas cũ ali
quanto.i.modico lapidis azurli.ut a proprietate

respiciat materiã melancolicã.⁊ assiduetur super
eam.s.euacuationẽ ut corpus seruetur mondum
⁊ non multiplicentur materie.⁊ assiduet potũ epi
timi in aqua casei.s.faciendo infuxionẽ epitimi.
ut.ʒ.ij.in aqua casei per totam noctem.⁊ postea
facta expressione collatura exhibeatur. Hoc do
mesticum est ⁊ singulis duobus diebus exhiberi
põtiõ dixit assiduet: addit ⁊ dimittat motum oio
pȝ.addit ẽt.Et utatur ligatura sup pedes.s.tibias
cum institis supple strictis super ligat calziamen
to stricto subtili.⁊ cõiter fit ex pelle canis.⁊ lau
dant hoc .d.Ab inferiori parte ad superioreȝ.s.a
calcaneo incipiendo usqȝ ad genu.s. proccdendo.
hoc totum fit ad prohibitioneȝ fluxus materie ad
dit.Et hoc.s.toto qꝺ dictum est.administra epiti
mata stiptica ad ꝯfortatõm crurium ne materiã
iterum recipiant proprie post mondificatõm cum
flobotonia ex manibus ⁊ pedibus ⁊ uenis ipis.qꝛ
non precedentibus euacuationibꝰ cõibus ẽt non
euacuata materia propria iconueniret applicatio
stipticoꝝ.qꝛ esset dubium de ipigendo materiam
in membro ⁊ de disponendo ipsam ad putrefactio
nem prohibita trãspiratione.addit.Et cinerẽ cau
lis.est enim fortis exicationis 2o can.addidit Se
rapio ca.ꝓprio ꝙ ita disicatiuus est ut deueniat
ad hoc qꝺ habeat uirtutem ꝯburendi.addit.aut
oleum de oliuis.s.imaturis puluerizata desuper
tamarisco.s.primo facta iniunctione cum oleo.⁊
postea super aspergatur puluis tamarisci in quo
est uirtus exicatiua cum stipticitate forti.addit ⁊
lupinos decoctos.epitimando ⁊ embrocando cum
aquis eius.s.embrocãdo ⁊ epitimando cum aqua
decoctionis lupinoꝝ.totum istud ualet quoniã exi
cat ⁊ abstergit resoluendo sine mordicatõe.ymo
eorum decoctio super cancreuas ꝯfert corruptiõi
earum ⁊ ħ peti estinmeõ.ut 2o cañ.in quas dispo
sitiones facille cadit hec passio.addit ꝯñter.Et fi
mus caprarum ⁊ farina fenugreci ⁊ semen raffa
ni ⁊ semen eruce sunt huius generis.s.ꝙ exicant
⁊ resoluũt.de stercore caprarum dixit 2o can. qꝺ
resoluit scrofolas fortiter.dixit Serapio qꝺ ꝯfert
apostematibꝰ fraudoleñ.sicut sunt apostemata ge
nuum ⁊c.ecce qũo ualet i cãu.de fenugreco dixit
Serapio qꝺ est calidum in tertio ⁊ desicat in pri
mo.unde apostemata dura pauce caliditatis re
soluit ⁊ curat.licet.d.A.2o can.dicat ꝙ ē calidũ
in fine primi ⁊ sicum.silr̄ tamen dixit qꝺ resoluit
apostemata calida flatica ⁊ dura.⁊ qꝺ declinan
tia ad duriciem lenit ⁊ maturat.⁊ ad hanc inten
tionem cõiter utuntur eo pratici ꝺ semine raffani
scribit.d.A.2o can.ꝙ est calidum in tertio ⁊ i ip
so est fortis resolutio ⁊ cum acceto eradicat ul
cus cancreuaꝝ.⁊c.Jdem Serapio 2m.H. Et ibi
multa bona singulariter habetur.Mirabile Ra
sis dicit ꝙ ipse est expertus ꝙ destilauit aquã raf
fani super Scorpionem.⁊ vidit ipsuȝ statim i mol
lem deinde continue inflatum ⁊ per medium cre
pauit.vñ dixit ꝙ confert uenenis sicut triacha.loq
tur de seie.⁊ intelligit maxie in morsibus ueneno
rum.ut patet bene consideranti ꝺ seie urtice non ē

Varices

ꝙ calefacit ſubtiliat ſubtiliatione forti ⁊ reſoluit ſicut ēt ſemen cartami ut alias dictum eſt. Et ſic bene patet q̄ūo iſta oīa ſimplicia ī hoc caſu ualent quibus pōt multipliciter uti medicus approximando ut patet.

Quod ſi non ualet poſita cura magis domeſtica ⁊ per medicinas. In hac parte ipſe ponit curā magis diſperatam per cirugiam. ⁊ duo facit quoniam primo facit hoc. ſ͛o ipſe ponit quoſdam cañ. obſeruañ poſt dictam operationeȝ ſcd̄a ibi. Et oȝ poſt inciſſionem ⁊c. prima adhuc in duas ſecūdū duos principales modos cure per cirugiam .ſ. per inciſſionē dictarum uenarum ⁊ per extractionem ipaꝝ ſcd̄a ibi. Et quādoqȝ extrahuntur cum acu ⁊c. de prima parte dixit. Qꝛ ſi nō ualet aliquid niſi inciſſio quaſi dicat ſi medicine non ſufficiūt ad curationem. ſcinde carnem .ſ. in directo ubi uis facere inciſſionem ⁊ fac apparere uites .ſ. carneȝ excoriando uſqȝ dum uites appareant ꝙ manifeſtabitur qꝛ apparebit qꝛ ſub quoddā album ſicut corda cum erit diſcoperta uena carne ⁊ ſcide eas in longitudine ſua ad euacuationem materie contente que non potuit educi per flobotomiam factaȝ in fundo propter terreſticitatem eius ut dat cautellam in incidendo dicens. ⁊ caue ne ſcindas eas latitudinaliter in integrum aut ex tranſuerſo idem eſt. q͛ fugiant ⁊ noceant qꝛ pars īferior nocebit quoniam forte putrefiet ⁊ corumpetur prohibito nutrimento licet hoc non ſit neceſſarium. quoniā ad illam terminantur alij rami uenarum unde nutriri poterit ⁊ ꝯſeruari pars etiā ſuperior nocebit qꝛ cum erit ꝯtracta non poterit conſolidari ⁊ ſic ſanguis continuo emanebit deorſum ⁊c. Scinde ergo ſcd̄m longum addit Cumqȝ feceris id extrahe totum id quod eſt in eis ex ſanguie ſupple tollerante uirtute addit tātū. Et oportet ut facias currere ex eijs id quod poſſibile eſt currere .ſ. ut prius facias flobotomiam in loco decliui ut ſanguis ſubtilior fluat poſtea remanente groſſo deinde mondifices id ſcindendo ī longitudine quoniam ſic procedendo inciſſione uene ex habundātia ſanguinis non impedietur operatio qꝛ ſanguis erit diminutus per flobotomiam precedētē. Modum tamen clariorem huius operatiōis ponit Albucaſis ca. 60. prime partis dixit ſic. Sectio eius ſcilicet uaricis fit ſecundum hunc modū. Embroca crus in primis cum aqua calida multum. donec reſoluatur ſanguis groſſus ideſt ſubtilietur deinde ſtringe crus infirmi a ſuperiori parte coſſe eius vſqȝ ad inferiorē parteȝ genu cū vita: deinde ſecca venā in loco vno aut duobꝰ ſiccione ampla: intelligit ſm longū: ⁊ facta prius flobothomia iferius qꝛ illa eſt cura regularis: ⁊ iſta coacta deinde trahe ſanguinē nigrū manu tua ab inferiori parte cruris vſqȝ ſurſuȝ: ⁊ a ſupiori vſqȝ iferiꝰ donec egrediat͛ ex ſanguine quātitas quam vides ſufficere ⁊ quā tollerat virtꝰ infirmi: poſtea liga eū ⁊ ſupple cōſolida. Iſte eſt modus icīſiōis ſm Albucaſin.

Et quandoqȝ In hac ſcd̄a parte ipſe ponit aliū modū opandi in hoc caſu cirogicū: ⁊ ipſe eſt extractio ipſiꝰ vene primo facit hoc. ſcd̄o remouet dubiū. ſcd̄a ibi. Et nō licet: dixit ⁊ primo. Et quādoqȝ extrahunt͛ cū acu .ſ. cū ſtillo ſuppoſito ⁊ incidūtur penitꝰ .i. ſcd̄m trāſuerſuȝ: ⁊ oportet tūc vt erradicētur .i. totalr̄ amoueant͛: ⁊ ſic nō nocebūt .ſ. ſi non auferātur pp̄ cāſ dictas ſuperiꝰ: qꝛ .ſ. corrūperēt͛ ⁊c. Addit ⁊ melior extractio eſt cū cauterio. Cauteriū eniȝ meliꝰ ē q̄ȝ inciſio. ratio pōt eſſe qꝛ cuȝ fit inciſio ſine cauterio dubiū eſt de ſupfluo fluxu ſanguinis: ⁊ ſic noceret patiēti ⁊ operāti ſimul etiā qꝛ cauterizādo ſigillat͛ vena in trūco ſuperiore ne ſanguis fluat deorſum.

Et non licet Nūc ipe remouet dubiū. poſſet aliquis dicere cōuenit ne talis opatio ī omni tali diſpoſitiōe cū reliqua remedia nō ſufficiūt: rn̄det ꝙ nō: ⁊ dixit. Et nō licet vt extrahātur niſi rubee nō nigre. In nigris vero fiat id qd̄ deſcripſimꝰ prius de mūdificatione ſupple ⁊ localibꝰ priꝰ dictis ſalteȝ ad ꝓhibitionem augmēti ⁊ malitie earū. Ratio ptis ſumit͛ ex hoc quoniā cū vene ſunt rubee tūc ſtat ī toto notabilis menſura ſanguis laudabilis cū quo ꝯiungit͛ tenor virtutis ad tollerandū dictā opationē: que multuȝ eſt pp̄ dolorē uirtutis ꝓſtratiua: vnde corpora niſi fortia nō ſunt tali piculo exponenda: ⁊ iō in corporibus in quibus tales uene ſunt nigre cum in eis dominetur melancolia ⁊ talia corpora ſunt debilia prohibuit notanter .d. A. in eis fieri taleȝ operationem Sed curanda ſunt ut dictum eſt ſupra.

¶ Modum etiā clariorem huius operationis poſuit Azarinus ca. allegato ſcd̄m hunc modū. Rade crus infirmi ſi in eo ſint pilli multi deinde intromitte ipſum in balneum aut embroca crus eiꝰ cuȝ aqua calida donec rubeat ⁊ exuberent uene. ut exercitetur exercitio forti ſi non eſt ei preſens balneum donec calefiat membrum deinde ſecca cutem in directo uene ſectioue per longitudineȝ aut in ultimo eius apud genu ut in inferiori parte eiꝰ apud calchaneum deinde aperi cutem cum uncīnis ⁊ excoria uenam ab omni parte donec appareat ſenſui ⁊ eſt apparitionem eius qd̄ uides eam rubeam ad nigredinem decliuem. Cum ergo euadit ex cute uides eam albam quaſi ſit corda deinde intromitte ſub ea radium donec quando elleuatur ⁊ egreditur acute ſuſpende eam cum uncio ceco leui deinde ſecca ſectione alia prope illam ſectionem tribus digitis deinde excoria cutem a ſuperiori parte uene donec appareat deinde elleua eam cum digitis ſicut feciſti ⁊ ſuſpende eā cū uncino alio ſicut feciſti in primis deinde ſecca ſectione alia aut ſectionibus pluribus ea ſi indiges illo deinde elleua ⁊ incide ipſam in ultima ſectiōe apud calchaneum. deinde extrahe eam ⁊ elleua ipſam donec egrediatur ex ſectione ſecunda deinde extrahe eam ad ſectionem que eſt ſupra eam ⁊ fac illud donec extrahas eam ex ſectione que ē ſuperior ſectionibus omnibus donec egrediatur tota ⁊ tunc incide eam. Si autem non obedit tibi

ad extrahendum ⁊ elleuandum tunc intromitte acum fillo forti duplo ⁊ liga eam ⁊ extrahe ipam aut intromitte sub ea radium ⁊ reuolue manum tuam ad omnem partem donec egrediatur. ⁊ caue ne incidatur fit difficille elleuare eam ualde ⁊ egreditur super infirmum ex ea nocumentũ. Cũ ergo extraheris eam totam pone super locuʒ uulnerum lanam infussam in uino ⁊ oleo roxato ⁊ cura eum donec sanetur hoc totum est Albucasis ⁊ est clarus modus. Ego tamen habui socium q curauit unum cum acu cirugico isto modo calefacta uena ⁊ stricta superius ut ingrosescat i parte ipsius magis elleuat accepit tenaculam perforatam ⁊ cum ea elleuauit uenam in tantuʒ ut orificium tenaculle occurrat infra uenam ⁊ tunc imposuit acum fillo de serico torto intra orificium tenaculle ⁊ perforauit infra uenam ita qᵭ uena erat superior postea ligauit uenam ligatura forti. postea infra per digitum a ligatura incissit in directo illius cum gauian quod est instrumentum tortum incidens totam uenam per transuersum. postea elleuato crure compressit manibus sursuʒ sanguinem in ea clausum quo euacuato accepit cauterium aliqualiter rotundum ⁊ cauterizauit orificium superius uene incisse postea cum stipticis cõfortantibus subito curatus fuit iste modus ẽ clarus. Alium uidi prius posuit cauterium potentiale supra locum ubi uult facere operationem ⁊ infra quatuor horas facta fuit excara postea mane sequenti cauterizauit cum igne multis uicibus usqʒquo uenit ad uenam postea elleuauit uenaʒ ⁊ icissit ⁊ supra ligauit postea perforauit orificiũ inferius uene incisse que erat etiam causticata ⁊ exiuit sanguis comprimendo in sursuʒ qui erat cõtentus in uena ad bonam quantitatem postea ẽt illam partem cauterizauit ⁊ postea eam curauit excaram ita qᵭ in uiginti diebus uidebatur sanus tamen qꝛ ille magister non erat bene litteratꝰ non fecit purgationes neqʒ flobotomias q̃ in casu sunt necessarie vnde .xx. die inuassit cum fe. acuta cuʒ urinis subiugalibus ⁊ in septima mortuus fuit lʒ ego uocatus ad febrem cum quibusdaʒ alijs quãtum potuerim febri occurui ⁊ erat nobilissimus scholaris legista. Unde notate nunq̃ʒ fiendas tales operationes nisi preparato corpore ⁊ mondificato ⁊ farmacijs si expedit ⁊ flobotomijs. nã in istis modica aduertentia produxit ad mortem ad textum supra.

Et quandoqʒ accidit ⁊c.

materie imobilitatem ꝛ grositieꝫ eius. Notate ta
men ꝛ singularit̄ quod licet rarius fluat materia
mel̄ia ad iuncturas unde fiat dolor ꝛc. ut dictum
est, tamē ex hoc non sequitur quod pautiores re

periantur podagrici uel ciragrici ex materia me lancolica q̃ ex alia materia, imo stat oppositum, ꝛ credo utplurimū ↄtingere.s.qd plures reperiantur podagrici uel ciragrici ex materia mel'ica q̃ ex alia materia.ꝛ hoc ideo est, non qꝛ materia principaliter fluxa fuerit mel'a sꝫ alia materia, ut flegmatica uel sanguinea, sed ꝑpter tēporis diuturnitatem fit mel'ia uel per uiam ↄgellationis, ut q̃ fit ex fl'ate crudo ꝛ maxime si illud fl'a genitum essꝫ ex cibis crudis ꝛ frigidis, ut latucis cucurbit' citrulis ꝛ alijs fructibus, nam tale fl'a in membris frigidis longo tēpore existens ↄgellatur ꝛ exp̄sso humido remanet mel'ia. Ex sanguine aūt uel ex fl'ate cum mel'ia mixto uel fl'ate salso, si causetur sepe propter malū regimen, materia aduritur, ꝛ subtile resoluitur, ꝛ grossum inceneratur ꝛ manet materia melancolica adusta. ꝛ sepe ↄtingit ꝑpter balnea sulfurea uel aluminossa uel inunctiones multū resolutiuas non appositas secum humectatiuis, uel ꝑpter poni in furno, ut quidam ↄsilio ydiotarum fecerunt, sicut euenit magnifico dn̄o Antonio de triuultio Mediolan̄, ꝑpter enim talia ꝛ si materie dictoꝝ morboꝝ non fuissent a principio melancolice.s. sanguinee uel fl'ate, ꝛ ex parte materie fuissēt satis salubres, tn̄ nunc dicte materie uitio mali regiminis facte sunt mel'ice, ꝛ morbi facti sunt icurabiles. Et hoc potissimū accidit in ↄplexionibus calidis ꝑpter resolutionem, que fit in materia. unde sicut fl'a cum exicatur, fit sicut lapis, ita si sanguis fuerit in cā ꝛ exicetur, fit sicut caro. Concludo igitur qd licet materia fluens raro fit mel'ica, tamē plures reperiūtur laborantes ex materia mel'ica q̃ ex alia materia, qꝛ cum alijs materiebus sepe fit salus q̃ꝫ cum ad hanc deuentū est, associantur usq; ad mortem. ꝛ sic patet l'ra clara lege tu illam. Sequitur illa pars.

Et cause diuisionum: In ista parte auctor qꝛ supra manifestauit in genere cause efficientis cās se tenentes ex parte cāꝝ primitiuarum. qꝛ cause de quibus fit sermo inferius, aut sunt uere primitiue aut ad eas reducibiles, ut patebit ↄsideranti, prima pars pōt diuidi in tot particulas quot cās particulares posuit duo tn̄ principaliter facit. primo facit qd dictum est scd̄o epillogādo enumerat in hoc genere omnes cās talium doloꝝ ꝭa ibi. Et si adiuuent. De prima parte igitur dixit cause diuisionum huius cause.i. cāe diuisionum.i. membrum diuisionis huius cāe.s. efficient'.s. est qd cāꝝ efficientium quedam sunt uel uere primitiue, uel ad eas reducibiles, ꝛ supple talium quedam sunt cause preterite.s. ex morbis precedentibus ꝛc.

Et nota hic ꝙ licet apud auctores medicie ista noīa catarus ꝛ coriza sint termini differentes ꝭm genus ꝛ spēm, quoniā catarus ꝛ si generaliter dicatur de fluxo materie humoralis de uno mēbro ad aliud membrum, qd sub ipso continetur ꝭa primi doc. prima cap. tn̄ proprie dixit fluxum ut a particulari membro ad inferiora, ut a cerebro. ꝛ similiter coriza licet differant, quoniā catarus dixit talis fluxum materie ad inferiora non per uiam nassi. coriza uero dicit' de fluxu per uiam nassi ꝛ maxie de materia subtili, ut expresse colligitur a.d.A.5. tertij cap. de coriza ꝛ cataro in principio cap'li, ꝛ sic catarus uidetur i plus se habere q̃ corizia. In proposito tn̄ sumuntur ut termini synonimi ut dicant defluxum a cerebro ad inferiora, ꝛ si inter hos terminos est distinctio illa est ex parte materie, catarus dicat defluxum materie grossioris: ꝛ coriza defluxū materie subtilis aquee. quomodo aūt huiusmodi catarus ꝛ coriza sint cause talium doloꝝ preterite: patet ex hoc, quoniā precedētib' his significatur materiā fluxisse ad inferiora, ꝛ cōsequenter ad iuncturas, ꝛ sic ꝑ uiam debilitatis acquisite in iuncturis, etiam per uiā defluxus materie coriza uel catarus poterunt esse cause preterite talium doloꝝ, quia imediate non semper sunt cause talium doloꝝ, cuꝫ non semper ad iuncturas fiat defluxus, sꝫ continuato defluxu ut m'l'tum fiet fluxus etiam ad iuncturas precipue pedum ꝑpter causas supra assignatas, ēt dici potest ꝙ fluente materia ad mēbra naturalia, uerbi gratia ad stomacum uel epar ꝑꝑ debilitatem acquisitam in talibus membris multiplicatis consequēter materiebus in toto per uiam indigestionis dictorum membrorum, facta deinde consequent' expulsione materierū ad iuncturas tunc catari ꝛ corizie fuer' cause preterite talium doloꝝ, ut patet. Consequenter continuando in talibus causis ponit illam cām preteritam, ꝛ declarat modum eius dicens. Et curatio collice ꝭm modum in quo cōfortantur intestina supple est de causis preteritis talium dolorum, ꝛ declarando dixit, Et expellunt superfluitates consuetas.i. propter hanc ↄfortationem ipsis intestinis ↄfortatis ꝛ fortiorib' factis expellunt superfluitates supple quas aliūde solebāt recipere ꝛ non recipiunt eas ꝑꝑ fortitudinem ipsoruꝫ unde fit ꝙ dicte superfluitates ad alias ꝑtes expelluntur ꝛ maxime debiles quales sunt extremitates que ꝑꝑ debilitatem recipient ideo addit continuādo qꝛ expelluntur ad extremitates ꝛ sic ad earum iuncturas ꝛc. Et sic est clara littera declaretur quomodo aliq̄n in collica ↄfortātur intestina, pro cuius intellectu breuiter aduerte quod licet in collica coniungatur oppilatio quoniā i ea semper difficilis fit exitus eius quod debet egredi per naturam ut xvi. tertii in principio capituli ꝛ exinde ab hac intentione conueniunt de oppillantia ꝛ rara facientia ꝛ sic non confortantia tamen excellentes medici postquam adimpleuerūt hāc intentionem ut fit uenter factus leuis mitigata ēt dispositione intestinali dolorosa tunc uertunt se ad aliam intentionem.s. ad confortationeꝫ intestinorū cum puluere.s. intestini lupi ꝛ cum cristeriis factis ex decoctione intestinorum castrati ꝛ similibus confortatiuis ad quam intentionem sepe ad minus paucā aduertentes non intēdūt circa quā nisi intendatur fit debilitatis intestinis ꝛ ex dolore precedente ꝛ ex denudatione ipsorum itestinorum facta propter fortia cristera abstergentia q̃

cunq3 modica uentositas per intestina transiens i primit dolorem intestinoꝝ imo fortius perfecta iã digestione stomaci ut post sex uel septez horas ab sumpto cibo cum pars grossa sequestratur a sub tili ꝛ grossa in intestinis recipitur tunc infirmi ici piunt ēt dolere ꝛ medici intendẽtes remouere do lorem ↄtinuo prosequũtur cum abstergentibus ꝛ mondificantibus ipsa intestina ꝛ sic semper magis debilitant .unde si procedimus cum ↄfortantibus ut dictum est fortificantur intestina ꝛ curãtur. Et pro intentione ista ego isto anno .1452. cum essem ad Ml'm uocatus in tribus nobilibus uiris acqui siui maximum honorem ꝛ fructum ēt nobilez vn de bene notate ꝛ ↄtra istum canonẽ incedunt me dici torpidi ut dixit .d. A. fa primi doc. fa de cãis doloris absolute in fine ubi dicit ꝛ est textus singu laris. Est etiam post cum dolorem remanet ali quid quod sensum habet doloris nec tamen est do lor certus sed est ex suma reꝝ que per se resoluun tur ꝛ torpidus quidem in medicãdo laborat ꝛ no cet ei. credo ꝙ proprie loquatur in caũ isto lege to tam istam primam partem.

Et de causis eius In hac secunda parte huius par tis ipse enumerans cãs magis se tenentes ex pte cãrum pñtium qꝛ non ex parte morborum prece dentium ꝛ diuidi potest in tot partes quot ipe enu merat partes patebunt dicit de prima parte ꝛ de causis eius iterum in genere cause .s. efficientis ꝛ primitiuis. sunt cibi generantes genus faciens eue nire dolorem illum materierum .i. cibi facientes ex natura sui humorem proportionatum ad gene rationem hoꝝ dolorum. Sicut uerbigra cibi qui uel propter grossitiem uel uiscositatez uel aqueita tem multiplicant fl'a qõ plerunq3 est causa mate rialis talium dolorum uel solum uel cum collera mixta ut supra dictum est. Ideo exposuit Ghirar dus in glosa exteriore ly materierum .i. ex materie bus cibi igitur generantes genus proportionatum materierum uel ex materiebus talium dolorum ut dictum est sunt de causis primitiuis horum do lorum. Addit ꝛ paucitas digestionis supple unde cunq3 fiat siue ex parte cibi in se ut dictuz est siue ex parte stomaci in se qꝛ .s. propter malitiam com plexionis sit in uirtute debilis siue sit ex rebus ac cidentibus superuenientibus digestionẽ impediẽ tib⁹ de qb⁹ oib⁹ cãis clare locut⁹ ẽ .S. .i3. tertij trac tatu tertio i primis trib⁹ cap. tal' pũitas digestiõis est causa talium dolorũ multiplicando materias fl'aticas ꝛc. cũ diminuta digestio faciat ad fl'atis generationẽ prima primi ex quo fl'a ẽ sanguis di minute decoctus tñ .d. A. h solũ numerat causas diminute vel corrupte digestionis extrĩsicas ꝛ pri mitiuas ꝛ non complexionales vel corporales qm̃ de illis supra fecit mentionẽ. Ideo ↄtinuando di xit ꝛ tranquillitas ꝛ quies per tranquillitatem itel ligendo ocium in operationibus aialibus ꝛ dimis sio exercitij vt ly ꝛ teneatur expositiue exponẽ do ly quies ꝛ est sensus ꝙ tunc tranquillitas in aiali bus ꝛ quies .i. dimissio exercitij supple fieri ↄsueti

Si ēt per tranquillitatem ꝛ quietem idem intelli gatur vt dimissio exercitij non erit malum ꝛ cobi tus plurimus .i. superfluus ꝛ frequentia ebrietatis ꝛ retentio euacuationũ consuetarũ sanguis men strui .s. in mulieribus ꝛ anni .s. sanguis emoroyda lis ꝛ aliorũ supple retẽtio de illis .s. humorib⁹ quo ruz consuetudo iam cucurrit supple vt euacuent ex flobotho .aut solutiõe ventris ꝛ demissa est .s. talis consueta euacuatio omnes tales cause sunt secũdum quẽdam modũ cause pũitatis digestio nis vel corruptionis ꝛ generaliter cause taliũz do loruz quoniã propter quãlibet earuz minuitur ca liditas naturalis que ad perfectam digestionẽ est necessaria ēt pp multas earũ fit imediate supflui tatum retentio ꝛ consequenter ipsarum superflui tatũ i toto multiplicatio vñ tandẽ natura graua ta transmittit ad iuncturas ꝛc. Quies .n. ꝛ trã quilitas semper est infrigidans pp priuationem vi uificationis caloris ꝛ pp constrictionem que ẽ suf focans ꝛ humectat pp defectum resolutionis sup fluitatum vt secunda primi doct. secunda de eis que proueniunt ex sompno ꝛ quiete in fine ca'i. Cohitus ēt plurimus euacuat de spiritu qui virtutis est instrumentum dixit notãter plurim⁹ quoniã tempatus ut dixit .G. tertio tegni textu co menti .xxxvi. iuuat ꝛ comẽtator .clarius in comẽ to ꝛ conciliator differentia .cciij. declarat quemõ temperatus in multis egritudinibus fl'aticis con ferret. Frequentia quoq3 ebrietatis caliditatẽ suffocat ideo ut tertia primi de regimine aque ꝛ vini dixit .d. A. frequẽs quoq3 ebrietas est res ma la que epatis ꝛ cerebri complexionem corrumpit ꝛ neruos debilitat ꝛ ad neruorũ egritudinẽ perdu cit ꝛ appoplesiam ꝛ mortem subitaneam dixit no tãter frequens ebrietas quoniam ipse testatur ex presse in parte prima secunde part' canticorũ tex tu cõmenti .xxiij. ebrietas semel in mense non vi tuperatur dixit enim ad litteram sic in fine illius textus. Estq3 omni tempore uite nisi semel i mẽ se ebrietas euitanda ꝛ sic eam concedit in mense Tandem Auerois eum redarguit in ↄmento illi⁹ partis dixit enim Ascensus autẽ ebrietatis semel in mense est erroneus quoniã licet uinum teste .G. sit ex magis conuenientibus calori naturali ꝛ sit respectu eius in gradu in quo est oleum ad lu men ꝛ ignẽ tñ sicut multũ ꝛ supfluũ oleũ extiguit lumẽ sic ꝛ supfluũ uinũ calorẽ naturalẽ extinguit Et addit. Qꝛ si etiã ipsuz sit ex magis cõueniẽtib⁹ calori naturali ipsuz nihil hominis est ex nocenti bus magis calori animali ꝛ sensibili: ꝛ organis eius .s. cerebro ꝛ neruis: ꝛ addit. Et ob hoc aqua mellis vtilior est vino eis: qui naturaliter habent neruos debiles: hec notate vtiliter ad sequentia: ꝛ ista sententia mihi magis placet: retentio etiaz cõsuetarũ euacuationuz imediate ad hos dolores quodãmodo preparat multiplicãdo in toto mate rias vt dictũ est: cõsequenter addit dicens. Et iterũ supp e in talibus causis est exercitiuz super repletionẽ ꝛ cibum .s. stomaci: quoniã pp̄ter exer citiũ diuertitur calor naturalis ꝛ animalis ad exte

riora ꝛ cibus etiã ꝑpter motũ agitatur i stomaco ꝛ per cõsequens vel diminute digeritur uel corrũpitur: ꝛ cõsequenter ꝛc. Addit ꝛ cohitus super repletionez etiã nõ superfluus: qꝛ nõ debito tẽpore factus ꝑpter similẽ moduz est de talibus causis. Addit etiã uinũ plurimũ in ieiunio ante cibũ supple est de talibus causis nõ tñ ꝓm modũ qui dictꝰ est: qꝛ caliditatẽ naturalẽ minuit suffocando: ꝛ cõsequenter numeratꝰ superfluitatũ resolutio ex eo ꝛ multiplicantꝰ materie in toto: sed etiã ex alio in hoc precipuuz cõferret nocumentũ: quoniaz mẽbra debilitat neruosa: vnde cõsequẽter passibilia reddũtur: ideo dixit ipsũ nãqz ledit neruos: vnde dixit. H. 5. anffo. in cõmento. vi. Uinũ per hoc qꝫ cito cõfortat corpus naturaliter implet neruos ꝛc. ꝛ ex ɔsequenti propter potationez uini plurimi ante cibum in ieiunio cum. s. sunt membra auida ad susceptionem cibi maxime dispõitur ad dictos dolores propter hec duo. s. primo propter multiplicationem superfluitatum diminuto calore naturali propter suffocationem ut supra dictum est secundo qꝛ membra neruosa debilitantꝰ ꝑ hoc qꝺ leduntur vt dixit ꝛ ex ɔsequẽti iuncture q̃ neruosis membris alligãtur ꝛ iste due cause necessarie sunt in omni morbo materiali ut dixit Serapio quarto breuiarij qui sic dicit. Scias qꝫ in oibꝰ membris ꝑparatis ut accidat eis aliqd ex egritudinibus que fiunt ex materijs necessarium est ut agregentur iste due cause. s. multitudo superfluitatis ꝛ debilitas membri recipientꝭ ꝛ sic apparet ista pars clara. Et ut etiam clarior ꝛ uerior appareat etiam quoniam ista causa est una de causis maximis ad produceñ hos dolores circa hanc partem mouebitur paulopost difficultas talis. si potus debet precedere cibum uel subsequi super verbo quod dixit vinum plurimum in ieiunio añ cibum. s. est causa ꝛc. prius tñ expediamus totaz istam partem dicit igitur consequenter continuãdo in causis multiplicatõis superfluitatum quia supra dixerat qꝫ retentio superfluitatum solitarũ manifeste euacuari potissime sanguinearuz qꝛ retentio fluxus sanguinis mestrui uel anni uel ex flobothomia ꝛc. erat causa. Jam dicit qꝫ retentio ẽt superfluitatũ crudarum uel flaticarum que nõ sic manifeste euacuari solebant pur tamẽ euacuabãtur ut per urinam uel per secessum ꝛ cum retinentur qꝛ per illas uias naturales non educũtur neqz etiam per artem tunc si expellantur ad illas ptes . s. iuncturas agrauata natura ꝛ se exhonerãte fit talis retentio per hunc modum cã dictorum dolorum quod si forte non expellantur a uirtute sed retineant tunc putrefiunt ꝛ supple sunt cã febrium putridarum. Et ideo dixit ꝛ humores crudi cũ retinentur in corpore deinde non euacuantur per naturam in egestione ꝛ urina neqz per artem non est longinquum quin euenire faciant dolores iuncturarum si expellantur ad eas partes. s. iucturas supple. Et si remanserint. s. in uenis uel alibi non expulse ad iuncturas ꝛ putrefiant qꝛ supple putrefient tanq̃ non regulate a uirtute supple tunc erũt cause aliarum egritudinum ut febrium putridarum ꝛc. Consequenter ponens signum quando a natura expelluntur dixit. Cum autem natura expellit eos. s. humores crudos in egestione ꝛ urina tunc inuenis urinam cum eis idest propter eos humores comixtos grossam semper non subtilem crudam ratio huius clara est unde cõcludit quod facta expulsione talium humorum per naturam uel supple per artem fit securitas a malitia: ꝛ nocumento earum in corpore. Et hec est sententia Anffo. lxv. quarte particule quibus spẽs est ad articulos apostema conuerti etcetera

Et ex opposito si nõ expellantur fiet uel dolor iuncturaruz uel putrefactio ipsoꝝ ꝛc. Jdeo dixit Quare. s. stante urina grossa uel aliter expulsa ꝑ artẽ uel naturã materia tunc forsitã fit securitas ab coruz malitia. s. nocumẽto. Qꝺ si uero non fuerit: qꝛ nullo modo expellantꝰ erit. i. eueniet unum eoruz que diximus. s. uel dolor iuncturarum uel alius morbus ꝑpter putrefactionẽ humorum crudoruz. Et hec est sententia ãffo. lxxv. quarte particule: quibus species est ad articulos apostema conuerti ꝛc.

Et si adiuuerit. Nunc in ista secũda parte aliqualiter difficili epilogat in dictis causis: vnde ipse ponit tres causas que si simul cõcurrant nõ est postea dubiũ de euentu horũ dolorum stante sensibilitate membri: enumerat igitur primo causas facilitantes iũcturas precipue pedũ ad receptionẽ materierum ꝛ quodãmodo eas trahentes. secundo enumerat causas facientes ad multiplicationẽ materierum in toto. tertio anectit causam iuuantez ꝛ defferentem materias ad iuncturas sua proprietate. Primũ tangit cum dixit. Motus iuncturarũ laboriosus aut percusio aut casus. s. iuncture uel ad iuncturam: ista nanqz trahunt materias ad ipsum locuz iuncturaꝝ calefaciendo ꝛ debilitãdo: ꝛ qm̃ natura sucurrit ul' itẽdit sucurrere mẽbro leso: ut manifestũ ẽ. scðz tetigit. Cũ dixit: aut addiderit i ðbilitate virtutũ ira ꝛ vigilie aut supple reliq̃ res debilitãtes uirtutes quoniam talia debilitãtia uirtutibus faciunt ad multiplicationem superfluitatum tertium tetigit cum dixit. Et fiant penetrantes sua proprietate. s. materie penetrantes fiant ad iuncturas propter cibos uel materias sua proprietate penetrantes ad iuncturas unde tales materie uel cibi secuz tales materias deferũt ad iuncturas huiusmodi sunt uina alba subtilia acetuz alique ẽt decoĩes ut cicerorum rubeorũ uel faseolorum uel aqua aromatica que si exhibeãtur corpore repleto deferent materias ad iuncturas. Si igitur ista omnia concurrant ĩ causando ut laboriosus motus iuncturarũ uel casus ꝛc. habilitando iuncturas ut atrahant materias ad eas ꝛ debilitas membrorum naturalium acquisita ex illa uigilia cohitu ul' alia huiusmodi causa multiplicãs in toto materias sicut supra dictum ẽ ꝛ cũ hoc cõcurãt aliq̃ medicie uel cibi sua ꝑprietate trahẽtes

materias ad iuncturas tūc eueniēt dolores a mā
iuncturales semper presupposita sensatiōe mēbri
ꝛ hoc totū uoluit. d. A. uidere meo in textu ꝛ itel
liges eū si leges fm hunc sensum lege ergo sic. Et
si adiuuerit eū ad hoc. s. ad talem dolorē3 cāndū
materias crudas supple atrahendo ad iuncturas
vel habilitādo eas materias crudas ad decursu3
ad ipsas iuncturas qd adiuuerit motus iunctura
rū laboriosus aut pcussio aut casus ꝛ similia. Et
hoc est vnū aut addiderint in debilitate virtutu3
s. naturaliu3 ira ꝛ vigilie aut supple alie res debi
litātes virtutes ꝛ sic faciētes ad multiplicationē
materierū in toto ꝛ trahentes materias ad ipsum
s. locum iuncturarū per hoc. s. qd inflammant mē
bra iuncturarū ꝛ ea exicāt precipue vel si placet
ista pars ꝛ trahentes mās ad ipsum refferri pōt
tantū ad partem superiorem ꝛ ad motu3 laborio
sum iuncturarum ꝛ casum ꝛ percusionē quonia3
tales cause sunt trahentes ad ipsum locū. s. casus
ꝛ pcusio vēs exponebatur ꝛ tunc ordina textū sic.
Et si adiuuerit ad hoc vēs mās crudas. s. atrahē
do motus iuncturarum laboriosus aut percusio
aut casus aut supple similes cause de calefaciēti
bus iūcturas supple tales sunt trahētes materias
ad ipsum locū vt dictum est postea prosequaris.
aut addiderint pro scđa cā vt dictum est Ira ꝛ vi
gilie debilitantes virtutes ꝛc. ꝛ sic sint cā scđa. Ad
dit pro tertia causa ꝛ fiant penetrātes. i. ꝛ si adiu
uerint ad hoc. s. cibi ꝛ medicine tales. s. ꝛ fiāt pe
netrantes sua proprietate ut dictum est euenient
dolores iuncturarū istis. s. suppositis ut p3 ꝛ sic pa
tet lr̄a clara licet fuerit difficilis.

Et horum quidem Nunc ultimo pro complemē
to huius partis ipse ponit unum canonē3 in mate
ria taliū dolorū ꝛ breuiter dixit. Et horum quidē
humorum. s. qui sunt materia taliū dolorū pluri
mū est superfluitas digestiōis scđe aut tertie toti⁹
canonis ratio est satis manifesta qm̄ cū quattuor
tamen sint in homine digestiones ut prima q̄ sto
maci secunda que epatis tertia uenarum quarta
membrorum prima primi. Prime aūt digestionis
superfluitas sit egestio grossa ꝛ ultime digestōnis
ut membrorū superfluitas ad cutim trāsmittatur
que in lauatiōe manuū absoluitur restat quod su
perfluus humor qui est materia talium humoru3
sit superfluitas secunde aut tertie digestōis utplu
rimum tantum est superfluitas secunde quonia3
secunda digestione digeruntur humores primi a
quibus mali ꝛ superflui humores sequestrantur
ut loco allegato dixit notanter utplurimum quo
niam aliquando etiam per corruptam uel absolu
te imperfectam stomaci digestionem aliqui mali
humores generātur ut secunde complexionū uer
sus finem. ꝛ consequenter tales possunt esse mate
ria talium dolorum lege litteram. Antequam de
ueniam ad expositionem sequentis textus princi
palis: primo mouebo illam difficultatem quam
supra determinare promissi. Sit igitur ista pri
cipalis difficultas: utrum uinum uel alius potus
debeat precedere cibū uel subsequi: uel poti⁹ secū
debeat cōmisceri. Primo probatur qꝫ precedere
debeat: quoniā cū cibus ꝛ uinu3 exhibeantur cor
pori pro restauratione dissoluti. Nam necessitas
cibi est ut suppleat locū eius quod resoluitur. i3.
tertij cap. de destrictione appetitus: cū itaq3 pri⁹
dissoluatur humorē subtilē cū cōueniēter satisfit
per potū q̄3 ossum cui satisfit per cibū sequitur
prius debere sumi potū q̄3 cibum. Secūdo potus
plerūq3 exhibet' corpori ad dillationē3 cibi ꝑ mē
bra: ipso prius ī stomaco digesto: ꝛ aliqualiter in
epate ꝛ uenis: potissimu3 in corporibus: quorum
atractiua mēbrorꝫ est debilis: s3 hec est hora pre
ueniēs ad futurū cibum: ergo potus debet prece
dere cibū. Probatur scđo pricipaliter qꝫ sit simul
comedendū ꝛ bibendu3. i. primo debeat sumi cib⁹
ꝛ postea potus: consequenter cibus postea potus
ꝛ sic successiue: primo per fundamentu3 supra da
tum: quoniā simul consumitur substātia humida
que potu reficitur: ꝛ sicca q̄ cibo resumit' utriq3
eni equaliter applicatur calor naturalis resoluēs
igitur cibus ꝛ potus simul est dandus. scđo quo
niā maxime in corporibus temperatis satisfacieñ
est appetitui: cū in illis maxime scđm naturā ꝑce
dat. Sed si cibus fuerit siccus simul cu3 eo potus
desideratur ut patet: igitur simul dandus est cib⁹
ꝛ potus pro hac parte etiam est cōis usus noster
q2 sic comedentes ꝛ bibentes facim⁹. Tertio prin
cipaliter ar. qđ post cibum totaliter sumptum sit
bibendum ꝛ non ante: quoniā si aliter sumatur
ita cibo comiscetur potus ut inatet totus cibus in
stomaco quandoq3 in parietes stomaci ꝛ ipsum
cibum interponitur humidū: unde non potest sto
macus debite cibum contangere medio humido
existente ꝛ sic ī stomaco fit ipsius cibi fluctuatio
exhibito aūt potu post cibū maxime ipso predige
sto conuenienter fit ipsius cibi per mēbra distribu
tio ꝛc. Et pro hac sententia sunt uerba. S. vij.
tarapentice cap. viij. inuenio ibi expresse sic dixit
Et non bibere in cena statim antequam digestus
sit cibus innatant. n. cibaria bibentibus eis ut nō
tangat ea uentris. i. stomaci corpus media stante
humiditate tandem dixit. Si uero siticulosi fue
rint abstinere eos penit⁹ supple a potu triste siml'
ꝛ inutile paucum autē dandum ut mittigetur trī
stitia ꝛ humilietur sitis postea addit. Cum autē
bene digesserint cibum concedere copiose bibe
re distribuit enim in gerētibus citissime. Ad hāc
ēt partem sunt uerba expressa. d. A. tertia primi
capitulo de regimine eius quod comedit' ꝛ bibit'
ad mediu3 capl'i. ubi sic dixit. Ad sumum uero o3
comestionē bibat quis: ꝛ non in hora comedendi
quantitatē aliquam que cibo conferat. Ecce quo
modo expresse concluditur cū cibo non esse bibē
dum: sed post ipsum. Pro decisione huius diffi
cultatis faciam quattuor breues articulos. Prio
ponentur quedā preambula. Secundo pona3 cō
clusiones de quisito. Tertio mouebo difficultates
ꝯ cōclusiōes. Quarto rñdebit' ad motiua spialia

Quantum ad primū pono aliquas distictiones Prima sit ista vinum vel alius potus vel exhibetur corpori grā alimenti principaliter uel grā medicine. Secunda distinctō talis potus exhibitus grā medicine vel exhibetur pricipaliter ad alterandum vel ad dellationem nutrimenti p mēbra. Tertia distictio Cibus d quo est sermo in questione uel est de se grosso satis substantie uel liquide ut sunt pistate z huiusmodi. Quarta distinctio corpora regenda debito regimine in cibatione z potu uel sunt alias consueta potare post comestionem ex multo tempore z non ledi inde ut multa sunt precipue yspanorū uel non sunt sic assueta: Quantū ad scōum articulū sit hec prima oclusio. Prima oclusio uinum uel alius potus exhibitus grā medicine alterarē tm̄ non debet cibo ad restaurationem ordinato comisceri q̄ȝ añ cibum exhiberi probatur oclusio qm̄ talis potus si cuȝ cibo misceatur debelitatur eius opatio medicinalis ut colligi potest secunda primi ca.xviij. extrancatur ēt cibus a natura cibi vt pȝ. Si aūt ante cibum exhibeatur stomaco vacuo ouenienter perficitur eius operatio vt calefactio stāte cōplexione mala frigida sine materia vel cum materia exhibito vino potenti odorifero uel infrigidatio exhibita aqua frigida in complexione calida z sicca stomaci igitur zc. Pro ista oclusiōe est primo cōis modus omnium praticantium qui potus medicinales exhibent stomaco vacuo. Est etiam expressa sententia Almamsoris quarto de regimie bibitionis z tertia primi de regimie aque z vini z in multis alijs locis. Secūda cōclusio potus exhibitus grā dellationis nutrimenti per membra debet añ cibum exhiberi probatur oclusio qm̄ talis potus debet exhiberi stomaco z intestinis superioribus iam euacuatis z aleuiatis z ipso ēt in epate pro parte digesto z hec ē hora future noue reffectionis igitur oclusio clara z p hac sententia est auctoritas. G.vij. pratice loco allegato supra z.d.A.tertia primi de regimie eius q̄ comeditur cum dixit neqȝ post ipsum cibum multa bibenda ē aqua supple vel alius potus que inter ipsum z corpus stomaci sepationem faciat z ipsum faciat natare sed ē expectandum z non est bibendum donec de stomaco descendat z hoc q dem declarat superiorū ventris leuitas. Ex ista oclusione infertur corelarie q̄ post cibum sumptum est potus dandus.s.multum medicine vtpȝ.

Tertia oclusio stante cibo solide substantie uł mediocris z potu exhibito ad debite digerenduȝ uel chilificañ siue sit potus nutritiuus siue non debet potus simul z plurimum cuȝ cibo exhiberi ita s.q̄ post modicum cibum sumatur aliquid de potu z sic consequenter continuando oclusio probatur qm̄ sic ipsis cibo z potu ordinate sumptis conueniēs fit potus cum cibo permisto z ipsius cibi equatio z reductio ad substantiam tisane similez que ad debitam facit chilefactionez cum vt dicitur prima primi ca.de humoribus. Nutriens cuȝ dirigitur fit in sua essentia in multis aīalium auxilio eius quod ei admiscetur de eo quod bibitur plurimum chilus zc.s.factam propter debitam p mistionem sicci cuȝ humido nec igitur permistio ad digestionem debitam preparat z tandē ad nutritionem z si alio modo sumatur potus non debita fit permistio ut patet igitur conclusio uera pro hac etiam conclusione sunt quedam aducta ante dixi tm̄ notāter stāte cibo solide sbe zc. qm̄ posset eē cib⁹ adeo subtilis z liqde sbe ut sūt pistate carniū cōit exhibite egrotis q̄ ad ōbitā chilifactōez ñ esset ali⁹ potus necessarius: imo si alius sumit potus ut plerūqȝ pp̄ter lasiuiā fit ad idigestionez preparat z fluctuationē eius i stomaco causando Dixi etiā ut plurimū: quoniā sunt aliqui adeo humidorū stomacorū z remolitoruȝ: quibus si supra cibū mediocris substātie potus exhiberetur: cib⁹ extra stomacuȝ extraheret. Quarta cōclusio licet precedētes cōclusiones vere sint in quibusdā tamē casibus si potus ante cibuȝ vel post sumat non pp̄terea fit nociuus. cōclusio patet: primo in cōsuetis in mane ante cibū potare: vt sunt multi papiensiū nostro tēpore qui ante tercias ad potandum frequentāt: z tamen eis nō nocet: imo si forte abstinerent subito eis noceret: cuȝ consuetudo sit acquisita quedaȝ natura. scdo cōplexionū ca. quarto. z vsus sint res extra rationē. tertia primi de regimine eius qd comedit. Et etiā hec sentētia dñi Aui. scdo canticoꝝ cap. de cibo z potu: textu cōtinēti.v.z.vj. vbi dixit: q̄ homo debet vti malitia sibi scōm vsum z consuetū modum: z Cōmentator dixit q̄ consuetudo necessario sit obseruanda q̄uis ēt praua esset: z illaudabilis: patet etiaȝ in clamose scientibus quibus omni tēpore potus est exhibendus: vt patet ex Ga.v. affo. cōmento xxviij. dixit: oȝ tamen proculdubio vt nimium sciētib⁹ pot⁹ eis detur. Idē voluit.vij. terrapētice loco supra allegato: z sic pȝ oclusio clara. Pro euidentiori tamen z clariori intelligentia difficultatis obiitiam cōtra conclusiones omnes. Primo cōtra primā est mens expressa. G. scdo affo. in cōmento illius anffo. potus indigentiā soluit: vbi expresse dixit per potū debere intelligi vinum z per indigentiā ibi intelligi appetitū caninuȝ causatuȝ ex presentia humoꝝ frigidoruȝ in ore stomaci: z oñtis ibi exhibetur vinū gratia medicine: z tādē docet ibidem ipsuȝ nō debere exhiberi nisi post cibaria quedam pinguia: que si nō aliter habeant artificialiter machinentur: ergo sequitur contra conclusionē: q̄ potus exhibitus gratia medicine non debet exhiberi stomaco vacuo quod fuit pbādum. Contra secūdā conclusionē ar. quoniam exhibito potu stomaco z intestinis aleuiatis: tūc exhibetur stomaco vacuo z ieiuno: sed potu tūc exhibito: siue sit aqua siue vinū sequitur inde nocumentū igitur zc. Tenet conci. cum minori: sȝ maior declarat: quoniam si sit aqua p oplexionē suam frigidā stomaco nocet inter membra naturaliter frigida: imo si exhibeatur in ieiunio numeratur inter uenena sexta quarti. z inde timetur corruptio complexionis z ydropesis: vt ibidem:

si uero sit uinum etiā sua penetratione stomacuȝ
ledit cum sit membrū neruosum confirmatur etiā
quod sic exhibitum acetosabitur in stomaco sic
etiam in neruis acetosatur ut secūda tertij ⁊ per
hoc preparat ad spasmuȝ. Et propterea. d. A. ter
tia primi Amplius sapiens sibi prohibere debet
ne ieiunus uinū bibat ⁊c. Addit qm̄ cerebro ma
gnum facit nocumentū ⁊ neruis ⁊ ad spasmū per
ducit ⁊c. Contra tertiam ꝯclusionē primo sunt
auctoritates adducte an̄ oppo. ad ꝓbandū oppo.
huius ꝯclusionis est ēt ratio qm̄ potus est frigidꝰ
⁊ humidus actu vel potentia cum sitis sit apetitꝰ
ad potū ⁊ sic ad frigiduȝ ⁊ humidū modo tale fri
gidum impedit digestiuam cum digestio calido ꝑ
ficiatur. ergo ad digestionē nō ꝯuenit miscere po
tum cum cibo pro hoc etiam est pratica. G. qui
sexto de regimie sanitatis fatetur se hora quarta
diei sumere panem solum ⁊ nunquaȝ in tali cibo
bibere igitur ⁊c. Contra quartā ꝯclusionē ar.
quoniam in illa primo supponitur qđ mala cōsue
tudo est obseruāda vt bibere mane ⁊c. ꝯ hoc est
sententia Rasis tertio Almansoris de regimie co
mestionis ubi dixit de ꝯsuetudine. Est etiaȝ sū
mo opere obseruādū ut cibos sibi ꝯsuetos quisqȝ
accipiat ⁊. Addit nisi ꝯsuetudo peruersa fuerit q̄
omnino uitanda est. Etiaȝ dixit. d. A. tertia primi
đ regimie eius quod comedit̄ ⁊ bibitur ꝙ cibi ma
li consueti ducunt ad egritudines pernecantes il
los ille uero in cuius stomaco mala digeruntur
cibaria. Supponitur secundo ꝙ multū sitienti
bus sit potus dandꝰ ⁊ tn̄ Ypo. loco allegato in te
xtu dixit nocte ualde sitientibus si superdormie
rint bonum ⁊ sic non concedit eis potum. Ad
has auteȝ difficultates est respondendum primo
ad primā: ꝯtra primā conclusionē concedo ꝙ per
potū. G. in illo cōmento intelligit vinū: ⁊ ꝙ vinū
exhibet̄ medicinaliter in apetitu canino: qꝛ facto
a causa frigida: ⁊ cuȝ dicitur. G. ibi iubet ante vi
num exhiberi pinguia ⁊c. Et sic non exhibetur
stomaco uacuo: dico ꝙ uinū in modica quātitate
si sumeret̄ tantū ad alterationē malitie cōplexio
nalis deberet exhiberi stomaco uacuo: sȝ si simul
cū alteratione intēdamus euacuationē materieꝝ
frigidarū in stomaco ꝯtentarū per uomituȝ: tunc
⁊ eo casu debent talia unctuosa ꝑexhiberi. Et ad
hunc sensum locutus est. G. sed ad alterationem
tantū loquebatur ꝯclusio ⁊c. Ad difficultates
contra 4am ꝯclusionem dicatur primo ad formaȝ
ar. ꝙ ar. non ualet. si per exhibitum potuȝ stoma
co vacuo sequitur notabile nocumētū siue potus
sit uinum siue aqua igitur gratia dillationis nutri
menti non debet exhiberi stomaco uacuo quoniā
⁊ si notabile sequeretur nocumentuȝ tamen qꝛ in
certis corporibus maxima est necessitas dillatio
nis nutrimenti ad membra ut in quibusdā macris
⁊ debilibus in quibus atractiua membrorum est i
becilis ⁊ hoc per potum perficitur ipso taliter ex
hibito inde est ꝙ melius ē sic facere q̄ȝ non facer̄
ideo ⁊c. tamen pro materia motiuorū qꝛ etiam ad
aliud tendunt. Nota igit̄ ꝙ corporum quedaȝ
habent stomacos debiles in complexione ⁊ com
positione ut quorum stomaci in specie stomacoꝝ
sunt natura frigidi ⁊ in textura rari ⁊ quedaȝ ha
bent stomacos fortes ēt cū his dispositōnibus uel
aliquarum earū qn̄qȝ coniuugitur fortitudo cere
bri ⁊ ortorū ab eo. Et qn̄qȝ debilitas ipsorū. Nō
ēt ꝙ ⁊ si ieiuniū interdum uario modo sumat̄ ta
men auctores per ieiuniū ꝯmuniter intelligūt sub
tractionem uel priuationē cibi hore debite ipsius
exhibitionis ut stante stomaco uacuo ⁊ facta de
bita atractione membrorū a uenis ⁊c. ⁊ fame con
sequenter naturali causata si tunc non exhibeat̄
cibus sed cum tali dispositione stomacus per no
tabile tempus permaneat tunc proprie est homo
ieiunans ⁊ sic aliud est dicere exhibere potū sto
maco uacuo ⁊ stomaco ieiuno qꝛ ad stomacuȝ ie
iunum antecedit uacuitas stomaci ⁊ non ecōtra
de necessitate. Et secunduȝ hec dico consequē
ter ꝙ ubi in for. esset necessitas dillationis nutri
menti ad membra ⁊ hoc conuenienter complere
tur per potum uini subtilis stāte stomaco uacuo
ubi tn̄ in forte esset debilitas stomaci ex parte ra
ritatis ipsius ⁊ denudationis cum cōitate debili
tat̄ cerebri ⁊ neruorū: ꝙ eo casu nō esset exhiben
dus potus: pro hoc fore exequendo: qꝛ uerisimilit̄
maximum sequeretur nocumentum ex parte ner
uorum ⁊ cerebri. Juuamentum delationis nutri
menti ad membra: posset aliter compleri uigorā
do. s. attractiuam membrorū cuȝ conuenientibus
⁊ appropriatis de quibus habetis doctrinā secūda
quarti tractatu quarto. Sed ubi staret oppositū
tunc illo casu esset potus exhibendus stomaco ua
cuo: nō dico stomaco ieiuno: qꝛ stante stomaco ie
iuno semꝑ ē potꝰ timorosus ꝑꝑ auarā esse naturā
unde trahit̄ ītra neruos stomaci: ⁊ si fuerit aqua
nocet: ut patet: ⁊ si fuerit uinū etiaȝ indigestū tra
hitur ad membra alia usqȝ ad animata: ⁊ ibi plu
rimo nocet nocumēto. Et hoc est ꝙ sentiebat. d.
A. tertia primi loco supra allegato: cuȝ dixit. Sa
piens sibi prohibere debet: ne ieiunus uinū bibat
⁊c. Dixit ieiunus ⁊. vj. 4. cū numerauit aquā exhi
bitā i ieiuno inter uenas: ⁊ per hoc idē fundamē
tuȝ scđa quarti de regimine cōualescentiū in ca.
cibationis dixit nō oȝ ut bibat: subito fortasse. n.
erit ex hoc timor: ⁊ addit post aliqua uerba. Et
aqua uehemētis frigoris est ex eis a quibꝰ oȝ alie
nari cōualescens. quādoqȝ eniȝ interficit ⁊c. Sed
ubi esset stomacus uacuus cū bonitate sui ⁊ cere
bri ⁊ ortorū ab eo: ex potu aque uel uini i pauca
quātitate: nō sequeretur notabile nocumētū: ⁊ ad
rationes: primo đ aqua que occurrit mēbro natu
raliter cōplexionaliter frigido. Dico ꝙ uerum est
quantū ad inatam eius cōplexionē: scđm quam le
deretur: nisi coadunaretur a circūstantibꝰ mēbris
ut corde epate ⁊c. sed scđm hanc influentem ē ca
lide cōplexionis: ⁊ per idem dico ad rationē de ui
no nō sequitur ⁊ in neruis acetosatur ⁊c. igitur ⁊
in stomaco acetosabit̄: qꝛ in stomaco iuuat̄ a ca
liditate circūstantiuȝ: ut dictū est: ⁊ sic pȝ respon
siuȝ esse ad motiua cōtra cōclusionē: ⁊ de forma ⁊

ꝺ materia. Ad obiecta ꝯ tertiā ꝯclusionē rn̄detur
p̄io ad auctoritatē. G. vij. de ingenio sanitatū vr̄
laudare in fine textus potū post cibū vt cū bn̄ di
gesserint dicat̄ ꝙ ibi loquebat̄ de potu dillatiuo
nutrimenti ad mēbra ut pȝ cū dixit. distribuit̄ .n.
ita gerētibus certissime. Sed quātū ad primā
partē textus ubi uidet̄ uituperare potū cuȝ cibo
qm̄ dixit nō bibere in cena inatant .n. cibaria ⁊c.
dixit Conciliator qꝺ ibi loquebat̄ de regimie cu
ratiuo complexionis sicce stomaci calidi nō valē
tis cibum grossum solidū alterare sed indigent ta
les subtiliori ⁊ liquidiori cibo quale est ius quo
exhibito non expedit potū ad comestionē exiberi
ymo si exibeatur inatāt cibaria ⁊c. sed si esset ci
bus solidus dato potu in cena nō sequeretur tale
nocumentum. Ideo notanter dixit in cōclusione
stante cibo grosso ⁊ solide substantie. Ista rn̄sio
⁊ si in se vā sit tamen non bene adaptatur verbis
textus qm̄ ⁊ si exhibeatur potus etiā stante cibo
liquido non propterea sequitur ꝙ inatet cibus ex
eo qꝺ nō tangit ipsum cibum stomacus media stā
te humiditate vt ipse dixit qꝛ ex cibo tali ⁊ potu
secuȝ exhibito fit vna talis massa quā attingit sto
macus neqȝ humidū interponitur inter stomacū
⁊ cibū pōt igitur dari alia responsio interponēdo
textū cū dixit nō bibere i cena stati itell'gat̄ pꝰ cenā
stati ⁊ istā glosulā reperi super illa lr̄a. G. i libro
meo ⁊ ſm hanc lr̄am verificabitur clare tota sen
tentia. G. ⁊ sic nō negauit ipse quin simul cum ci
bo solide substantie sit bibenduȝ. Sed quoniā
vt sepe fit maxime apud magnates per mediam
horam post integrum prandium vel cenam bibit̄
ad hunc errorem corigendum dixit. Non bibere
in cena .i. post cenam statim antequam digestus
sit cibus. Et adducens rationem huius dixit. In
natant enim cibaria bibentibus eis. s. ita ut non
tangat ea. s. cibaria uentris .i. stomaci corpus me
dia stante humiditate qꝛ illa humiditas potus da
ti post cenam interponitur inter totā massaȝ pre
sistentem in stomaco ⁊ ipsam stomaci substantiā
ut bene patet nō sic esset si est simul cum cibo da
tus ut patet ⁊ hec causa ē cōis ad omnem potum
etiam si sit aqua. Et hanc expressam sententiā di
xit .d. A. scꝺa primi cū dixit. Neqȝ post ipsum. s.
cibum multa bibēda est aqua que iter ipsuȝ ⁊ eiꝰ
stomaci separationē faciat ⁊c. De uino etiaȝ ē
alia causa que ponitur loco eodem uinuȝ quoqȝ
post cibū est ex rebus magis impedientibus qm̄
digerit̄ uelociter ⁊ penetratur ⁊ facit penetrare
cibum cuȝ nōdum sit digestus ⁊ facit hereditare
oppillationes etiam putrefactionē ⁊c. Ad au
ctoritatem vō .d. A. loco ubi supra de regimie eiꝰ
quod comeditur qui textus uidetur fortissimus ꝯ
ꝯclusionem qꝛ uidetur in totum prohibere potuȝ
misceri cuȝ cibo per hoc qꝺ dixit. Ad sumū vō oȝ
ut post comestionem bibat quis ⁊ non in hora co
medendi ⁊c. dico breuiter dimissis diuersorum ex
positōnibus qꝺ ibi proprie loquebat̄ de potu della
tiuo ⁊ nō ad mixtionē necessario pro quo no. qꝺ li
cet talis potus ut supra dictum est aliqualiter ex
bibere debeat stomaco uacuo qꝛ ipso ⁊ intestinis
superioribus aliqualiter aleuiatis nō tamen exhi
berent debet hora uere famis quoniaȝ tunc noce
ret pp̄ illas cās que ſ̄ dicte sunt qꝺ nō dȝ exiberi
potus stomaco ieiuno ⁊ tn̄ hora famis ē hora co
medendi ut patet in corporibꝰ sanis ⁊ temperatis
est igitur sensus qꝺ ad sumū .i. uniuersaliter de po
tu dellatiuo loquendo oportet ut post comestio
neȝ bibat quis .i. mediate multū ut dixit cor. secū
de conclusionis ⁊ non in hora comedendi .i. hora
famis quantitatē aliquā .i. potus que cibo ꝯferat
s. ad dellationē ⁊ qꝺ de potu dellatiuo ibi loquat̄
pȝ bene consideranti seriem lr̄e imediate anrioris
⁊ sic est responsum ad auctoritates. Ad rōnem
cum dicebatur potus est actu uel potētia frigidꝰ
⁊ sic est impeditiuus digestionis ⁊c. Dico primo
ꝙ si sit potētia calidus sicut est uinum cōmuniter
non impedit imo iuuat digestionē. Dico secundo
ꝙ etiā ibi sit actu ⁊ potentia frigidus sicut ē aqua
ꝙ exhibita in debita quātitate ad mixtionē in sto
maco calido: vbi cōuenit non nocet̄ inde stoma
cus maxime: qꝛ refrangitur eius humiditas .i. fri
giditas a caliditate cibi: qꝛ cibus est calidus ⁊ sic
cus: cū fames que est apetitus ad calidū ⁊ siccuȝ
sit ad cibū ⁊c. nō occurrit etiā humido stomaco.
cū prius uia ordinis in cōmestione precedat cibus
postea potus ⁊c. Ad illud ꝙ postremo dicebat̄
de practica. G. vj. de regimine sanitatis: dicat̄ ꝙ
forte. G. erat hūidi ⁊ lapsi multum stomaci: ⁊ sic
nō sibi cōueniebat potus ad mistionē cibi: qꝛ cibꝰ
ad equalitatē substantie reducebatur p humidi
tatem stomaci: uel dicatur aliter: ꝙ. G. sicut mos
fuit antiquorū semel tantū in die sumebat cibum
uere nutritionis ⁊ restauratōis: ut in sero in cena
in mane autē quarta hora diei ut loco allegato su
mebat cibū tantū ad aliqualeȝ refocilationeȝ uir
tutis: ⁊ hoc etiā obseruandū est regulariter: nisi i
corporibus catarosis: ut dixit Conciliator. Etiam
hoc idē sentit Gentilis. iȝ. tertij. sicut etiā hoc tem
pore multi hominuȝ occupatissimi in die ad intel
lectuales cōsiderationes: ut cōsulares quibꝰ datuȝ
est dare audientiā alijs in mane tantū faciūt col
lationē de cōfectionibus de zucharo uel melle: ⁊
nihil sepe sumūt de potu: postea in cena laudabi
liter ⁊ copiose cenāt cū cibo potum sumendo: ita
etiā Galienus in die occupatus: ⁊ ppter infirmoꝝ
uisitationes ⁊ reipublice gestionē i mane: ut ibidē
ipse refert cibū tantū simplicissimū: ut panē tantū
comedebat parū. s. Sed postea in cena cū cibo
notabilis quātitatis potu utebatur ad mistionem
debito: ⁊ talē cibum in sero appellabat ordinariū
pro tanto. vij. de ingenio in textu superiꝰ allegato
dans ordinem in cibatione ⁊ potu dixit: Non bi
bere in cena ⁊c. Et non dixit in prādio vel mane:
⁊ sic est solutum ad motiua cōtra tertiam cōclusi
onē. Ad motiua facta contra quartā conclusio
nem ubi sumebatur cōsuetudinem esse cōseruādā
licet hoc nō sequeret̄ ex ꝯsuetudine qꝛ erat dictū
in cōclusione ꝙ aliqn̄ talis cōsuetudo nō ē nociua
⁊ ex hoc nō sequit̄: ergo est obseruanda: qꝛ tamē

in probatione ɔclusionis illud ē suppositum ꝛ pre
cipue fundatum sup quodam textu.d.A.secūdo
Canticoꝝ ꝛ Aueroīs loco eodē arguebat̃ ɔtra ex
snia Rasis tertio al'm vbi dixit ꝛ ē obseruandum
sūmopere vt cibos sibi ɔsuetos quisqꝫ accipiat nisi
cōsuetudo puersa fuerit que oīno est vitanda ꝛc.
hec difficultas exigeret longam discussionē ad bn̄
intelligendū de ɔsuetudine.Sed qm̄ nō est p̄ntis
propositi ad eā recurrēdū est scdo Amf. ibi assue
ti assuetos ferre ꝛc.ꝛ in sequenti Amf. ego igitur
strictum respondebo quantū potero.Notandum
primo ꝙ licet in naturalibꝰ ꝛ aīalibus acquirant̃
consuetudines qꝛ ex frequētatis operationibꝰ na
turalibus acquiritur quedā qualitas in agente vl'
passo ad prōptius ꝛ cum minori nocumento tol'e
randum certam actionē vel passionem q̄ȝ in agen
te vel passo in quo nō prefuerint tales frequētate
operationes vtꝫ in comestionibus ꝛ potatōnibus
ꝛ exercitijs. Idem ēt in aīalibus euenit vt pa
tet in artibus ꝛ virtutibus quibuslibet moralibus
qꝛ tn̄ medicus ē artifex qui cōsiderans operatōes
ab homine peruenientes eas ɔsiderat pro quanto
ipsarū principiū ē complexio compositio ꝛ vnitas
ex quo iste sunt nature mēbroꝝ sequitur ꝙ si cō
suetudo est alicuius operationis principium vel
inclinans ad aliquid agendum uel patiendum
hoc est uel ex acquisitione alicuius formalis dis
positionis se tenentis ex parte complexionis com
positionis vel vnitatis vel ipsa consuetudo est illa
formalis dispositio ex frequētatis opatiōibus acq
sita nō fit igitur talis noua dispositio in homine ni
si facta in his naturalibus principijs aliqua pmu
tat̃ ymo si assuetus cibis frigidis minus ledat̃ ex
eis ceteris paribus q̄ȝ non assuetus hoc ē qꝛ in eo
assueto est acquisita quedam qualitas similitudis
per quam minus patitur ꝛ hoc per alterationem
in complexione factam ita ēt si exercitatus ex cō
suetudine prōptiꝰ ꝛ sine nocumento to'lerat exer
citium qđ nō tolleraret nō exercitatus hoc euenit
p ɔsoliditatem ꝛ fortitudinē acquisitam musculis
ꝛ iuncturis ꝛc.ꝛ talem vel similē dispositionē po
tuisset ēt natura a pricipio producere vt pꝫ ꝛ quē
admodū dico de his ita itelligere potestis ꝛ i reli
quis. Nō.tn̄ vlterius ꝙ he operatōnes ad ɔsue
tudinem antecedentes qn̄qꝫ sunt de multuꝫ ꝛ no
tabiliter pmutantibus corpus humanū qn̄qꝫ debi
liter ut verbi gratia cōmestio fungoꝝ ē de maxie
pmutantibus corpus humanū comestio vero mo
dice quātitatis vl' potatio supra illud quod certo
corpori cōueniens deberet̃ est de modice alterāti
bus cū his attēde ꝙ lꝫ in modice alterantibus p
cōsuetudinē corpus disponat̃ ita vt minus ledere
tur ipso recedente in vsu taliū a debita mēsura q̄ȝ
si non eēt cōsuetus nō ppterea ē hec consuetudo
simpl'r obseruāda qꝛ ꝛ si minus ledat̃ nō tn̄ p hāc
iuuat̃ simpl'r sed interdū fm qd vt qn̄ a cōi ꝛ deli
cato mō viuēdi diuertit̃ ad cibos grossiores uel
ad aerem frigidiorem qm̄ forte talibus ineuita
biliter occurreremus ꝛ tunc magis lederemur ni
si alias fuissemꝰ aliqualiter assueti plus tn̄ altera
tur corpꝰ simpl'r q̄ȝ si ordinatū ꝛ debitū modum vi
uendi semper obseruaret est igitur ab hac cōsue
tudine paulatim diuertendū cū illa magis alterēt
ꝛ noceant neqꝫ hec cōsuetudo ex ualde alteranti
bus prohibere pōt qn aliquādo corpus ad egritu
dinem deducat ꝛ hoc est qđ dixit.d.A.loco supra
allegato illo.§.Ille vō in cuius stomaco mala di
geruntur cibaria ꝛc.ubi dixit ꝙ mali cibi cōsueti
ducunt ad egritudines pernecātes ꝛc. Et Rasis
cū dixit nisi consuetudo peruersa fuerit que omnī
no uitanda est neqꝫ ex hoc concluditur quod cō
suetudo aliqualiter mala sit obseruanda ymo col
ligitur opp.per hoc eniꝫ quod dixit peruersa om
nino est uitanda innuit quod omnis mala etiam
consuetudo est uitanda sed cum maiore studio nō
tanda est peruersa.Est tamē hec alteranda pau
latine ꝛ non subito cuꝫ sit facta sicut naturalis ex
mutatione facta in principijs naturalibus ut dic
tum est ꝛ hoc est quod dicebatur in probatione
conclusionis de illis biblicis papienfibus. Hoc
tamen totum quod dictum est de permutatione
fienda consuetudinis si sit mala quoniam ipsa sp
alterat intelligatur nisi paulatine ꝛ fere ɔtinue
post generationem sit inducta quoniam forte ta
lis nullo modo alterat permutando ut patet de
puella nutrita ex napello ut ī ml'tis locis colligit̃
ꝛ expresse notat̃ ab Arl'e. similis sn̄tia: pria pble
matū pblemate.45.Ultimo nota p responsione ad
textū Auice.in cāticis.ꝛ Aueroīs:ꝙ in cibarijs re
spectu cibatoꝝ:duplex est conuenientia ꝛ etiam
diuersitas quedam est conuenientia complexiōis
ꝛ dicit̃ insequēs formā:quedā est specifica ꝛ inse
quēs materiā:infra etiā qdā est diuersitas isequēs
formā:ꝛ dicit̃ cōplexionalis:quedā dicit̃ isequēs
materiā ꝛ specifica. Exempluꝫ de cōplexionali
vt est cibus sanguineus est cōueniēs sanguineo:ꝛ
discōueniēs melācolico ad purā ɔseruationē vt sic
cōtra est de cibo melācolico.Exemplū de cōueni
entia specifica:quoniā aliquis sanguineus elligit
inter cibaria fabas ꝛ legumina:que si nō ɔueniūt
ɔplexionalit̃:cōueniūt ergo scđuꝫ formā specificā
vel ex parte cōplexionis isequētis materiā. Et
nota ꝙ ista specifica cōueniētia plus facit ad nu
tritionē in cibo ꝛ cibato q̄ȝ qualitatiua:ꝛ isequēs
formā videmꝰ eniꝫ in diuersis speciebꝰ ꝙ cibus ho
mini nō est cibus asino equo vel boui vt pꝫ de co
mestiōe carniū vitali:ꝛ hoc nō pōt reduci i discō
uenientiā vel cōuenientiā qualitatiuam:sꝫ magis
puenit ex cōueniētia vel discōuenientia isequente
materiā:magis eniꝫ cōplexionalit̃ ꝛ fm formam:
bos conuenit carnibꝰ vituli q̄ȝ homo ꝙ igit̃ sit ho
mini nutrimentū ꝛ nō boui.hoc est:qꝛ inter hoieꝫ
ꝛ carnes vitulinas cadit specifica conueniētia:q̄
nō cadit inter bouē ꝛ carnes vituli:hoc idē ē intel
ligere ita indiuiduis eiusdē speciei:quoniā aliqs
homo sanguineus meliꝰ nutrit̃ ex caseo veteri q̄ȝ
oīs:ꝛ hoc nō pōt reduci nisi i pprietate isequēte
materiā:contingit igit̃ ꝙ homo parue qualitatis
ꝛ p similitudinē qualitatiuā:ꝛ p formā specificaꝫ
cōuenientiā habeat cū cibo male qualitatis:ꝛ ex

eo optime nutriatur sicut enim homo sanguineus merito occulte proprietatis iter ipsuz 7 uinū abhoret qñqz uinum ita qd est quasi sibi uenenum .ita talis malus cibus cōiter malus existimatus respectu alicuius corporis erit ꝯuenientissimus 7 iō dixit.d.A.tertia primi vna queqꝫ preterea figura 7 ꝯplexio oīs cibum habet ꝯuenientem 7 ꝯsimilem ad quē mutandum si uoluntas fuerit nocumentū ei faciet 7 impedimentū.vbi igitur reperiatur aliquod corpus maxime cibum certum desiderans 7 ad sensum percipiatur qd inde nutritur 7 ꝯfortatur plus alio cibo 7 nunqꝫ in ipm. nocumentū iprimit tunc si isto usum fuerit corpus longo tpre talis cōsuetudo necessario est obseruāda quoniā illa proprietas 7 ꝯuenientia specifica plus facit ad iuuamentum qꝫ apparens qualitatiua ꝯplexio ad nocēdum.i.ad nocumentū.Et hec ꝯuenientia specifica sepe reperitur inter ꝯplexionē inequalem 7 cibum ēt inequalē 7 ẜm hunc sensuz loquebatur.d.A.in loco allegato cum dixit. Sunt autem qꝫ plures ꝯplexiones inequales cum malitia cibi rectificabiles.i.cum malitia apparente 7 qualitatiua que minus facit qꝫ specifica ꝯuenientia non addit Utatur ergo eis homo.s.talibus cibis ẜm usum 7 ꝯsuetudinē.7 ꝯmētator tunc dixit ꝙ talis ꝯsuetudo necessario est obseruāda qꝫuis 7 praua esset 7 illaudabilis.s.apparenter ēt huic non obstat dictū Rasis qꝛ ipse appellabat peruersam ꝯsuetudinez illam.s.que ē in cibis 7 in se malis 7 in quibus nō cadit occulta proprietas cum cibatis ut cōiter est de fructibus 7 similibus 7 sic est responsuz ad oēs difficultates factas ad ꝯclusiones ꝑter ad illam ꝺ siti que leuissima ē quoniā si pōt dormire 7 per sōnum remouebitur sitis bonum est dormire. Sed ubi esset sitis clamosa impediens sompnum tunc dandus est potus 7 hoc erat dictum circa ꝯclusionem. Ad oīa argumenta ante oppositum facta patet rñdeñ.per dicta in corpore questionis ꝑterqꝫ ad primū qd uidetur ad hoc deducere qd semꝑ potus debet precedere cibum ex hoc quoniā potus ē propter dissolutionem humidi subtilis 7 cibus ad restaurationē grossi modo citius resoluitur subtile qꝫ grossum 7c.dicatur ꝯcesso quod per potū restauratur humidū subtile 7 per cibum grossum qꝛ per humiduz cibo repertū ēt restauratur humidū subtile deperditum ut patet in illis qui multo tpre uescuntur cibo sine potu tamen ēt illo supposito dico ꝯsequenter ꝙ non citius dissoluitur humidum subtile quod per potum restauratur qꝫ grossuz 7c. qꝛ licet sit ẜm dissolutionē magis paratum qꝫ grossum qꝛ tamen natura humidi subtilis maiorē quātitatem membris apponit qꝫ grossi non citius consumitur humidum subtile necessitans ad potū qꝫ grossum necessitans ad cibum imo eque cito cōsumūtur cōibus cāis ad resolutionē facientibꝰ occurrētibꝰ plꝰ enim resistit ꝙ multum est ut sit qꝫ paucum ut patet 7c. Et sic est finis questionis.

Et aptiores ad hoc Hec autem est secunda pars principalis partis prime totius capl'i: in qua postqꝫ in precedēti parte ipse posuit cās multiplices 7 uarias euētus dolorū iuncturarū in hac pte ipse ponit: que corpora sūt magis parata ut eis tales dolores eueniāt: 7 duo facit in hac parte: qm̄ primo facit quod dictū est. Secūdo ipse respōdet cuidā tacito dubio.secūda ibi: Et nō quidē multiplicantur 7c.De prima parte dixit duo. Primum ꝙ aptiores.s. homīes ad hoc.s.ut ipse exponit ut eis multiplicentur ista.s.dolores iuncturaꝝ sunt senes 7 habētes egritudines cronicas 7 ꝯualescētes cū nō reguntur cū retificatione dixit scđo responden do cām huius dicti. Et ideo supple euenit: uti talibus multiplicētur dolores: quoniā eorū virtutes debilitantur a digestione bona: 7 proprie cum sunt curati.s.dicti conualescentes cū sedatione.i.cura blanditiua: absqꝫ euacuatione sufficienti 7 expulsione multa.i.eradicatiua. Notandū ꝙ ex verbis dñi Aui.in textu cōcludi possunt duo egregia primū ꝙ oīa corpora in quibus eoꝝ virtutes naturales debilitantur a digestione bona sunt apta: vt i eis multiplicētur dolores iuncturarū: ratio huius clara est: quoniā cū debilitantur digestione bona multiplicātur ꝑ indigestionē superfluitates flatice: que vtsupra uisuz est: sunt vtplurimū cā taliū dolorū.Dixit tamē notāter: apta uel aptiora: quoniā nō in omnibus debilitata digestione eueniunt: hij dolores: quoniā in aliquibꝰ tales materie superflue deriuātur ad alia loca: 7 non ad iūcturas: tamen omnia talia sunt apta 7c. vtpatet intelligēti colligitur scđo ꝙ omnia corpora que debilitantur a digestione sunt uel corpora senū uel egrotātia egritudine cronica aut male recta: aut non uere conualescentia uel reducibilia ad aliqua istorum: qd dico ꝑpter corpora sana in etate talia etiaz apta sunt ꝑpter debilitatē a digestione incurrere dolores iuncturarū. Sꝫ huiꝰmōi reducūtur ad corpora senum: cū omnia talia dicātur neutra tertij significati utpꝫ: cū eniz omnia corpora debilia ad dirigendū sint: aut corpora egra: aut debilia naturaliter uel senū aut uere cōualescentia: cuz malo regimine utūtur: aut non uere conualescētia: sed apparētis tantū: 7 corpora egra egritudine acuta 7 si fiant debilia ad digerendū non tamē sunt merito taliū egritudinū apta incurrere tales dolores quoniā cū tales morbi sint breuis terminatiōis ad salutem uel mortē: si ad mortē terminētur nō sūt de illis utpꝫ: si ad salutē cū talia corpora sint apta cito resumi 7 retificari iuxta sentētiā āffo.7.scđe particule: que multo tempore extenuantur corpora 7c. Et que modico.s.tēpore modice.i. cito: ēt idem sentit.d.A.scđa quarti de regimine cōualescentiū sequitur ꝙ i talibus nō multiplicabuntur materie que debebāt ad iūcturas fluere: imo uirtute fortificata resoluētur: corpora aūt egra egritudie cronica ꝑꝑ diuturnitatē morbi sunt apta multiplicare ꝑꝑ indigestionē superfluitatis 7c.7 hec etiā est sententia ypo.4.āffo.āffo.xliiij. Quibuscūqꝫ fe.longe sunt 7c.Corpora etiā conualescentiū ex morbis quibuslibet si male regātur regimine sunt apta recidiuare: ex cōsequenti etiā apta icurrere

dolores iuncturarū. Sed si debito regantur regimine: ut eis tantū offeratur quantū cōueniunt trāsmutare possunt: ꝛ si qualia oꝫ offerātur: quoniā in talibus uirtutes in dies ꝛ horas fortificānt si ēt alique materie superflue generātur tandem resoluūtur fortificata uirtute. Et hoc uerum ē in uere ꝯualescentibus in quibus non stant materie retēte apte facere recidiuam secus est in non uere ꝯualescentibus in quibus stant materie interius latentes que non sunt apte ab illis corporibus resolui propter debilitatē tales igitur materie erunt apte ad iuncturas fluere ꝛ ꝯñter erunt cā doloruꝫ iuncturarū. Et hoc est ꝙ ipse expressit in textu cū dixit ꝛ proprie sunt apte euenire tales dolores cū sunt curati .s. ꝯualescentes cum sedatione .i. cū cura blanditiua ut exponebatur absqꝫ euacuatione sufficienti ꝛ expulsioni forti .i. euacuatiua. In sūma igitur oīa corpora in quibus sunt apta fieri dolores iuncturaꝝ propter debilitatem digestiue sunt: uel corpora neutra tertij significati ꝛ hec dedit intelligi cum dixit senes ut corpora egra egritudine cronica qꝛ de egris acuta egritudine non uerificatur ut uisum est uel sunt corpora ꝯualescentium uera sed malo recta regimine uel sunt nō uera ꝯualescentia ꝛ hec oīa tetigit in lr̄a neqꝫ plura sunt debilia que saltem ad aliqua hoꝝ non reducantur lego lr̄am. Et aptiores .s. homines ad hoc .s. ut ipse exponit ut eis multiplicentur ista .s. dolores iuncturaꝝ sunt senes ꝛ supple oīa ꝯsimiliter disposita sicut senes ut sūt oīa neutra tertij significati ꝛ habentes egritudines cronicas dixit notanter cronicas qꝛ patientes egritudines acutas nō sunt huiusmodi ut est uisum ꝛ ꝯualescentes .s. ueri cū non reguntur cum retificatione .i. cuꝫ bona dicta ꝯuenienti eis ꝛ supple non ueri ꝯualescētes in quibus materie intus latent qꝛ non sunt sufficienter euacuate ꝙ statiꝫ manifestatur in lr̄a ꝛ adducēs rōneꝫ horū addit. Et ideo supple euenit dictis corporibꝰ quoniā corū uirtutes debilitātur a digestione bōa ꝛ ideo supple multiplicātur superfluitates apte fluere ad iuncturas addit explicādo de non ueris ꝯualescentibus ꝛ proprie .s. istud euenit cuꝫ sunt curati .s. dicti ꝯualescentes cum sedatione .i. cura blanditiua sicut sepe fit in collica cum stupefactiuis dolorem remouēdo absqꝫ euacuatiōe sufficienti ꝛ expulsione ultima .i. non facta tali euacuatione materie ꝛ sic est lr̄a clara.

Et non multiplicantur.

Nunc in ista parte ipse rn̄det tanto cuidam dubio posset ēt enim aliquis merito dubitare vnde est ꝙ dolores iuncturarum magis multiplicantur in corporibus humanis ꝗ̄ alij dolores aliarū specierum uel alijs partibus sicut de facto ꝯtingit.

Rn̄dendo igitur ad hoc dicit. Et non multiplicantur dolores in iuncturis nisi quoniam ipse sunt magis uacue ꝗ̄ reliqua membra ꝛ pluris motus ꝛ debilioris ꝯplexionis ꝛ frigidioris ꝛ situs earum in extremitatibus longinquis a regimine primo .i. a regimine primorū membrorum .i. pricipalium.

Pro intellectu partis attendēdum ꝙ respōdendo ad quisitum ipe adducit cās satisfacientes doloribus cātis ꝑ materiā paulatine ꝯgestam ꝛ per uiam defluxus materie tetegit primo cās multiplicationis doloris in iuncturis per uiam defluxꝰ magis ꝗ̄ in alijs locis per hoc qd̄ dixit quoniam ipse sunt magis uacue ꝗ̄ reliqua membra ꝛ ideo supple magis apte recipere superfluitatē aliunde ꝑpter loci capacitatē ꝛ per hoc qd̄ sunt plures motꝰ fit ut .s̄. fuit declaratum ut ēt ad iuncturas facilius fluant materie quoniā ipse iuncture callefiunt ꝛc. iste due cause se tenent ex parte materie fluentis.

Addit postea causas se tenentes ex parte materie paulatine ꝯgeste cum addit ꝛ debilioris ꝯplexiōis ꝛ frigidioris .s. sunt iuncture ꝗ̄ reliqua membra tū qꝛ sunt rare tū qꝛ sunt membra nisi essuosa cartilaginosa uel ligamentalia sanguine priuata iō ꝑꝑ istas cās multiplicātur in eis sup̄fluitates ꝑꝑ debilitatē resolutiue earuꝫ ꝛ expulsiue ut supra ē declaratuꝫ ꝛ ad h̄ ēt iuuat sitꝰ eoruꝫ in extrēitatibꝰ longinquis .s. situs a regimīe primo .i. principaliuꝫ membrorum ꝛ hec pōt esse cā cōis materie fluentis ꝛ congenite ꝑꝑ hoc ꝙ mēbra nobilia expellūt ad extrema ꝑ hoc ēt quod distant a principalibus mēbris nō coadiuuantur in resoluendo sicut reliqua propinquiora ꝛ sic iste sunt māifeste cause quod dolores magis in iuncturis ꝗ̄ in alijs locis multiplicantur. Aduertendū tamē quod ad hoc ꝙ propositō ista .d. A. sit uera oꝫ addi illa cōis pticula ceteris paribus ex parte aliarū causarum fortificantium uel debilitantiū mēbra quoniā aliqua sunt corpora in qbus stomacus uel caput uel aliō pticulare mēbrum uel ꝑꝑ debilitatē in aliquo talium mēbrorū contractam ex principijs itrinsicis ut patre uel matre uel ex influxu horaruꝫ generationis debilitante sic unum particulare mēbrū qd̄ nō iuncturas continget qd̄ in talibus corporibus plus multiplicabunt dolores in stomaco ꝗ̄ in iuncturis sed posita ceterorum paritate conclusio .d. A. est uera ꝛ clara est lr̄a lege tu eam.

Et multotiens

Ista est tertia pars pricipalis prime partis in qua ipse ponit varios modos terminationis dolorum iuncturarum precipue cum non vere curantur. Et diuiditur ista pars in duas quoniā primo facit ꝙ dictum est secundo ipse ponit quosdā cañ strauagātes circa istam materiam dolorum iuncturaꝝ ꝑa pꝛcipit ibi. Et plurimū qdē illi cui ꝛc. De pria parte ipse intendit istaꝫ cōclusionē: ꝙ dolores iuncturaꝝ: cuꝫ non curātur uere ꝑducūt ad hoc ut fiant aliquando uera iuncturarū dislocatio: ꝛ aliquando ꝛ si non fiat uera dislocatio tamen supra iuncturas: maxime manuuꝫ ꝛ pedum fiunt quedam apparentes trumbositates quaruꝫ alique sunt ex materia flatica gipsea ꝛ indurata ꝛ alique fiunt ex sanguine inspissato ꝛ indurato q est sicut caro dixit igitur primo. Et multotiens q dem inuiscantur materie intra iuncturas ꝛ fiunt supple aliquando sicut gipsum ꝛ supple propter hoc dislocantur iuncture. Et proprie que ex eis sūt

crude.s. dicte materie quoniã tales sũt que magis inuiscantur ⁊ tandẽ gipsiãtur dixit Et ⁊ multotiẽs oritur sup iuncturas eoꝝ.s. patientiũ caro.s. apparent ex sanguine silr ingrossato ⁊ proprie inter digitos.s. manuuꝫ ⁊ pedum qꝛ cum torquẽtur digiti ⁊ ꝯstringuntur ⁊ fit dolor fortis qñqꝫ ⁊ sedatur qñqꝫ addit declarando in quibus corporibus ista maxime ꝯtingant ⁊ dixit. Et plurimum quidem hui⁹ nõ fit nisi in habentibus ꝯplexiones calidas.s. talis dislocatio uel dicta apparentia trombositatum ⁊ specificando de carnea dixit. Et plurimum quidem oritur caro cum materia est sanguinea.

Pro intelligentia partis aduertendũ ut expsse colligitur prima primi de humoribus in facto esse fl'a crudum ẽt subtile ⁊ aquosum cum longo tpre fuerit retentũ in foraminibus ⁊ iuncturis eius subtile resoluitur ⁊ tandem fit ualde grossum ⁊ albũ ⁊ est illud quod uocatur gipsiuꝫ qḋ oĩbus ut ibidẽ dicitur existit grossus tamen imaginandum est ꝙ anteq̃ꝫ ad tantam duritiem ⁊ grossitiem deducat̃ primum fit uiscosum ⁊ mucilaginosum quoniã tale fl'a mucilaginossum uidetur esse uelud mediuꝫ transitus inter fl'a aquosum subtile ⁊ gipsiũ grossũ ad utrũqꝫ tamen istoꝝ deuenitur per resolutionẽ partium subtilium ⁊ per ꝯñs a calido producũtur siue tale calidum fuerit naturale ut in ꝯplexione calida naturali.s. sanguinea uel collerica siue tale calidum fuerit accidentale ut sepe ꝯtingit i morbis iuncturaꝝ ⁊ medicinis calidis ⁊ balneis minoralibus ut ẽt alias dictum est. Et hic adiungendum ꝙ quẽadmõm ex fl'ate aquoso lapso intra iũcturas propter diuturnitatẽ tandem ꝯuertitur in gipsium per resolutionẽ ita defluxa materia sãguinea resudante ex poris uenarum propter repletionem ipsarum uel subtilitatem ⁊ liquiditatem eius sanguis intra iuncturas uel circa eas tandem stãs ibi longo tpre facta resolutione in partibus subtilibus reliqua pars cum induratur fit sicut caro.

Et ex his intelligenti patet clarificatio toti⁹ lr̃e primo ꝙ materie que multotiens intra iuncturas inuiscantur fiunt sicut gipsium ⁊ hoc quoniam materie que multotiens in iuncturis existunt sunt crude ut supra dictum ẽ ⁊ tales propter diuturnitatẽ gipsiantur tamen tales materie cum fiunt uiscose aliquãdo intra ligamentũ iuncture taliter recipit̃ ut ligamentũ prolongetur. vnde si fuerit tale ligamentum sic ligans uertebrum cum piscide ipo sicre axato ⁊ elongato propter tales materias mucilaginossas interdum ressillit uertebrum ex pisside Et hec ẽ sniã affo. penultimi vi. affo. quibuscũqꝫ a sciatica molestat̃ uero ⁊c. Aliquãdo uero tal' materia recipitur in cordis ⁊ neruis ligantibus iuncturas exterius ⁊ si fuerint iuncture digitorum dillatatis cordis a materia implẽte ⁊ aliqñ recepta materia in parte uersus cutim tandem ĩdurata ⁊ exicata a calido fiunt quedam apparentie trumbositatum propter quaꝝ diuersitateꝫ in diuersis sitib⁹ dictaꝝ iuncturaꝝ ꝯtorquẽtur digiti ⁊ ꝯfinguntur ⁊ fit dolor fortis ualde facta sic torsione ⁊ sedatur qñqꝫ dolor cum non fit elongatio membrorum sed equalis tm̃ remolitio ⁊ ipsius materie conuersio ad cutim unde experientia ꝯstat ꝙ aliquãdo fuerit in ciragra uel podagra dolor acutissimus materia cordas ⁊ neruos extendente cum tota man⁹ uel pes apostematur manifestissime dolor minuit̃ qꝛ materia ꝯuertitur extra neruos ad cutim. Colligitur ẽt ex dictis qḋ sanguis diuerso modo sicut ⁊ fl'a aqueum recipere põt in diuersis membris ⁊ tandem ingrossari ⁊ fiet sicut caro propter resolutionem in eo factam a calido ⁊ ꝯñter patet qḋ qꝛ talis effusio sanguinis ut multotiens sequitur uel habũdantiã eius ut uenarũ replect̃ ut sanguinea ꝯplexione uel subtilitatem ⁊ pñtationem ei⁹ a materia collerica ⁊ hec in ꝯplexione collerica sequitur manifeste ꝙ ista fiunt in calida ꝯplexione exicante uel resoluente ⁊ illa caro in complexione sanguinea magis vt patet: ⁊ habet hec tota sentẽtia littere lego eã. Et multotiẽs quideꝫ inuiscãtur materie intra iuncturas: supple posiq̃ꝫ fuerũt subtiles ⁊ aquose: ⁊ fiũt sicut gipsiuꝫ propter resolutionẽ in eis factã: ⁊ supple ꝑpter id dislongãtur aliquãdo iuncture ⁊ hoc accidit vt dictũ est ꝑprie cũ sunt crude. Et addit supple per eũdeꝫ moduꝫ Et multotiẽs oritur super iuncturas eorũ caro.s. apparent̃ qꝛ sanguine ingrossato ⁊ ꝑprie inter digitos.s. magis hoc apparet q̃ꝫ in alijs iuncturis: licet etiã ⁊ in alijs fieri possit: quare cũ torquẽtur digiti: ⁊ stringunt̃ ⁊ fit dolor fortis: quãdoqꝫ ⁊ sedatur: quãdoqꝫ ꝑpter causas assignatas. Addit ⁊ plurimũ quidem huius.s. dislocatio uel apparẽtia trũbositatũ: nõ fit nisi in habẽtib⁹ cõplexiones calidas: qꝛ a calido fit illa resolutio ⁊ exsiccatio. Addit vt plurimũ quidẽ oritur caro cum materia est sanguinea: qꝛ magis fit ex abundantia sanguinis q̃ꝫ ex eius subtilitate: vt patet intelligẽti: ⁊ sic magis in sanguinea.

Et plurimum quidem In hac secũda parte huius partis ipse ponit quosdã canones stra uagantes circa istã materiã doloruꝫ iuncturaruꝫ ⁊ diuiditur in tres partes fm tres speciales cañ. quos ponit. scḋa ibi: Et dolores qdeꝫ ⁊c. tertia ibi Et multotiens quidẽ: de prima parte dicit: Et plurimũ quidem illi cui accidunt dolores iuncturarũ accidit in primis podagra. Canon iste clarus est ex eis que sunt dicta superius paulatine ꝺ causis multiplicatiõis dolorũ iuncturarum respectu aliorũ dolorum: nam cũ magis multiplicẽtur dolores in iuncturis: q̃ꝫ alibi iter alias cãs: quoniã sunt frigidioris ꝯplexionis ⁊ situs earũ longinqu⁹ est a regimine. Prio.i. principaliuꝫ mẽbrorum vt exponebat̃ cum etiã iuncture peduꝫ nõ sint min⁹ frigide alijs iũcturis: ⁊ ex alia parte magis distãtes a principalibus membris: ⁊ situs earum magis deorsum existat ex consequenti passibiliores sunt ad recipiendum superfluitates ex natura situs: sequitur conclusio clara lege tu litteram.

Et dolores quidem Nunc secũdo põit aliã causaꝫ manifestantẽ aliquando difficultatẽ cure

dolorum iuncturarum ⁊ primo ponit causam fo reddit causam illius dixit primo. Et dolores iū cturarum quidem sunt ex sūma egritudinum que hereditātur plurimum ⁊ ideo tunc, supple cum ac cidunt difficulter curantur propter cōnaturalita tem principiorum dixit fo reddendo causam dicti hoc speciale ideo est quoniam sperma est secūdū complexionem generantis ⁊ ideo supple cum sper ma podagrici fuerit maculatum necessario pedes debilitantur filiorum. Et dixit .H.vi.affo.in fine ꝯmenti xxix.illius affo. Eunuchi non podagrizāt neq͡ʒ calui fiunt ⁊c. Pro clariori tamen intelle ctu huius propositionis mouetur hic dubium . vtrum podagra possit ex hereditate contrahi ita qꝺ ex parentibus uel progenitoribus in filijs pos sit acquiri ad partem negatiuam arguam breuib⁹ medijs primo sic q͡ʒ si sic esset maxime esset ꝑpter motiuum.d.A.q͡ʒ sperma est scd̄m complexionem generantis ex ꝯsequenti si generans est debilita tum scd̄m pedes producitur sperma debile pro ge neratione pedum. Sed qꝺ hoc fundamentum non sit sufficiens declaratur propter duo . primo q͡ʒ sperma prolificum simile uidetur in toto ⁊ i par tibus igitur non magis faciet defectum ex pede q̄ʒ in manu si igitur non generatur ciragra ex po dagrico ergo neq͡ʒ podagra fo.s.fundamento ha berent uirtutem maxime esset q͡ʒ sperma a quoli bet membro diciditur sed hoc ridiculum est dice re ut expresse declarat Arist.15.de aialibus circa medium aducit enim tale mediūʒ ad hoc quoniā si sperma esset scd̄m uiam dissolutionis.s. mēbro rum q͡ʒ .s.dissoluatur ex quolibet membro tunc animalia magni corporis essent multe generatio nis ⁊ parui corporis pauce generationis hoc aūt est fl̄m qꝺ tamen hoc sequatur manifestum est . quoniam plus diciditur ex magno corpore q̄ʒ ex paruo ⁊ sic patet fundamentum nullum esse.

Secundo principaliter Ar.sic febris nō ē mor bus hereditarius similiter neq͡ʒ ydrops ergo seq̄r etiam qꝺ neq͡ʒ podagra debet dici morbus heredi tarius patet cum dicte egritudines non cōnume rentur inter morbos hereditarios ⁊ ꝯsequentia de claratur cum dicti morbi sint morbi principalium membroꝝ ut cordis ⁊ epatis quorum pricipaliter est influxus supra sperma prolificum producēdū Si igitur talia membra sunt lesa sequitur quod spma erit fm dicta mēbra maculatū ex ꝯñti gnā būr i fetu corrñdētia mēbra maculata. Et pōt ꝯfirmari qm̄ si ꝑpter hoc q͡ꝫ sperma est maculatū uerbi gratia podagrici fiat podagricus cum non maculetur nisi uel ex parte substantie corpulente uel substantie spirituose cum in ipso non confide remus nisi duo talia principia unūʒ materiale qꝺ est pars corpulenta aliud formale qꝺ est pars spi rituosa cum ex parte materie maxime ex epate di cidatur ex quo ut sic est sic materia ultimi alimē ti distribui p membra ⁊c. Cū igitur epar sit prin cipium alimenti ut sanguis est ēt principium sup flui dicti alimenti maxime superflui in quanto se quitur igitur q͡ꝫ quo ad materiā spermatis macu lato epate ut est in ydrope ut omnes uolunt medi ci debet similis in fetu dispositio generari. Si etiā fiat maculatio ex parte spiritus inclusi in eo cuʒ quāuʒ ad hoc principiūʒ formale maxime ex cor de dependat siue teneamus spiritum genitiuū eē unum per agregationem omniū spirituū siue dica tur esse substantia uirtualiter includens potentiā dictorum spirituū quomōcūq͡ʒ sit maxime ex cor de dependet ut patet ⁊ sic febres poterunt deberē tur in filijs hereditari ⁊c. Pōt ēt confirmari quo niam si aliquis morbus foret hereditarius ut po dagra hec maxie est quoniā talis morbus est diu turnus ⁊ fixus ⁊c. Sed aliqua febris ut tenet de quartana.xij.annorū ⁊ hetica. Ad oppositūʒ primo est expressum uerbum.do.A. In textu est etiam sententia eiusdem:d.A.secunda primi doc. .i.ca.ultio in fine capituli ubi connumerādo egri tudines quasdaʒ que in semine hereditantur ex plicuit de podagra Idem etiam.H.vi.affo. ꝯmē to illius affo. Eunuci non podagrizant ⁊c.in fine ꝯmenti ubi ponit podagram hereditari ⁊c. Idem ⁊ alibi pluries reperitur. In ista questione duo fient articuli in primo ponam declarationem ali quorum terminorum ⁊ quasdam suppositiones in secundo ponam breues ꝯclusiones de quisito.

Quantum ad primum primo sciendum q͡ꝫ hic termin⁹ egritudo in proposito nō sumitur p dispo sitionem qua corpus est actualiter lesum in con suetudinarijs operationibus sicut per egritudinē nunc ⁊ in actu sed per egritudinem in proposito in telligimus dispositionem secundum quaʒ corpus non est aptum secunduʒ se toto tempore uite sue uel in maiori parte permanere sanum ymo meri to principiorum generationis est aptum egrotare ⁊ tale corpus secundum plusq̄ʒ cōmentatorem pri mo tegni cōmēto.xv.xvi.ad mentem.H.dicitur egrum simpliciter quia talis dispositio qua dicit̄r egrum simpliciter est ut habitus qdā cōgenitus ad facile actualr egrotādū pp distare a pricipijs corporis optime sani ⁊ cū hac egritudie habituali ꝯiūgitur sepe actualis sanitas que dicitur ut ibi dem sanitas ut nunc.nam eadem dispositio ē egri tudo simpliciter ⁊ sanitas ut nunc ut ibideʒ decla rat egregie plusquam cōmentator ex quo talis sa nitas ut nunc non est sanitas secundū ueritatem ymo est lapsus a uera sanitate sed est tantuʒ sani tas secundum sensum ⁊ apparentiam ⁊ sic a gene ratione talis contracta qm̄ omnia corpora ꝯhūt a generatione aliquā cōplexionem equalē sub qua sunt sana ⁊ minima que dicitur ab.d.Aui.prima primi de complexionibus:equalitas quinti modi ⁊ sicut est sanitas:si tamen talis equalitas non sit absoluta equalitas sed habēti tantum dicitur sa nitas nunc:q͡ʒ tamē talis dispositio est ut habitus quidā cōgenitus est aliqualiter talis simpliciter: est igitur uel neutralitas uel egritudo simpliciter

Per egritudinem ergo in proposito intelligo ta lem egritudinem in habitu:que inquantuʒ talis dispositio congenita a principijs generationis est lapsa ab optima sanitate in primis particulis ut

neruis cordis ⁊ huiusmodi ⁊ sensibiliter dicit᷑ egri
tudo simpliciter inquantum uero hec eadez dispo
sitio est ei melior que acquiri potuit ex suis princi
pijs qua .s. suo modo perficit operationes dicitur ꝓ
pria homini sanitas uerum qr non est firma de se
neqꝫ perdurans propter id dicitur sanitas ut nunc
qr per ipsum est aptum corpus tantū esse sanum .
ut nunc permanere hoc tamen ut dictum est ap
pellatur in proposito egritudo cum queritur si po
dagra sit egritudo hereditaria. Secundo notā
dum ꝙ per morbum hereditarium ego intelligo
morbum contractum a principijs generatiōis ad
modum supra dictum propter consimilem morbū
fuisse diuturnum ⁊ fixum in patre matre uel pro
genitoribus usqꝫ ad quartam generationem . qr ul
tra illam non stat assimilatio fetus ad parentes ut
si pater auus uel proauus fuerit podagricus ex
multo tempore ⁊ fiat in filio dispositio in pedibus
per quam a facili causa incurrat podagram . Et
tunc talis dispositio dicetur morbus hereditarius

Sed si talis dispositio ꝯtraheretur a principiis
generationis per aliquam accidentalem causam .
ut propter malum regimen imponendo non debe
retur dici morbus hereditarius ⁊c. ulterius in pro
posito suppono cum pħo primo ⁊ secundo de gene
ratione animalium ꝙ in generatione fetus agens
generans est sperma uiri ⁊ recipiens est mulieris
mestruum ⁊ ꝙ in spermate uiri est uirtus quedaz
informatiua que uidetur uelud ydolum generati
ue que est in patre quoniam homo generat homi
nem per sperma sicut per instrumentum sicut ar
tifex artificiatum per instrumenta media ⁊ scđm
uarium motum instrumentoꝝ ab artifice fiunt ua
rie artificiatorum species similiter secunduz uarū
motum generantis mediante iformatiua sperma
tis fiunt diuerse species membrorum. Cuz hoc
supponitur ꝙ dicta uirtus informatiua subiectiue
fundatur in parte spiritnosa spermatis que dicitur
a pħis ⁊ medicis spiritus genitiuus qui uel est spi
ritus quidam in uirtute continens potentiam spi
rituum particularium membrorum maxime prin
cipalium ⁊ precipue cordis uel est agregatum ex
huiusmodi spiritibus agit igit᷑ informatiua uirtꝰ i
uigore horum spirituum principaliter Suppo
nitur tertio ⁊ cum pħo 18. animalium ubi ponit
causas assimilationis ⁊ alibi etiam ꝙ sperma ui
ri quo ad partem corpulentam ⁊ mestruum mu
lieris quod est materia generatiōis sunt superflui
alimenti ultimi uel cibi .i. cibi quarta digestione
digesti quod erat in potentia propinqua . ut esset
membrum qui tandem humor ueniens ad testicu
los in uiro ⁊ ad concauum matricis in muliere in
uirtute spirituum conclusorum in eo dicitur sper
ma in uiro ⁊ mestruū in muliere quicquid igitur
reperitur in omnibus membris patris formaliter
habet uirtus spermatis uirtualiter .i. dicta uirtus
in forma que est dicta uirtus diuina in multis lo
cis unde potest omnia facere i materia disposita
que erant in patre ⁊ non solum que erant in patre
formaliter uerum etiam que in eis relucebat . ex

auo ⁊ proauo ⁊c. Cum igitur in patre reperiātur
diuersa ut masculinitas complexio color quanti
tas membrorum numerus ⁊c. que tantam habēt
adinuicem diuersitatem ꝙ quedaz potest ab alijs
separi contingere potest ꝙ dicta uirtus informati
ua erit potens in uno motu ad alterum istorum ꝓ
ducendum ⁊ non in alio motu alterum producere
poterit ut qđ poterit producere ens humanū ⁊ nō
producet eum sic colloratum uel non maschulum
Et quoniam ut ibidem dicit pħs motus est a con
trario in contrarium si contingat ut sperma patris
sit omnino forte ⁊ materia que est mestruum mu
lieris sit omnino obediens assimilabitur fetus i to
tum patri ꝙ si sperma obtinere non sufficiat gene
rabitur aliud quod aliqualiter agenti contrariuz
est fm tamen passi dispositionem vnde si non pos
sit maschulus ex generante generari generabitur
femella que maschulo aliquo modo est contrariū
ideo idem dicitur de femella est maschulus occa
sionatus ⁊ sicut dictum est ꝙ sperma uiri ipsum ē
in potentia actiua omne membrum ita mestruum
mulieris est in potentia passiua omne membrum
mulieris quoniam una queqꝫ partium corporis no
stri fit ex tali materia menstruali particulariter
cuius partis ipsa est susceptiua vnde ex ultimo ali
menti quod superfluit uerbigratia nutricatiōi sto
maci uel oculi matris generatur in fetu stomacus
uel oculus quoniam corpus datur fetui ex matre
anima autem ⁊ omnis forma ⁊ figura est ex pa
tre. Ideo dixit philosophus primo de generatiōe
manifestum est quod sperma uiri non est conue
niens quantitati animalis sed qualitati ⁊c .

Et isto modo ego intelligo illam particulaz ul
timā positam in diffinitione spermatis cum dicit᷑
ꝙ est superfluitas ultima alimenti licet Ja. de for
liuio aliter intelligat ⁊ uidere meo male . In ista
materia possem multa bona dicere de causis simi
litudinis ⁊ dissimilitudinis sed ista proposito no
stro sufficiant. Et hec de primo articulo. Quā
tum ad scđm fm articulum sit ista prima conclu
sio. Non semper podagra in patre uel matre est
causa sufficiens ad hoc vt in filio fiat similis he
reditarius morbus probatur quoniām ubi nō fue
rit in aliquo eorum morbus diuturnus sed modici
temporis non generabitur inde morbꝰ hereditariꝰ
ex dictis i scđo notato: ⁊ declaratur rōne: quoniā
ubi in patre per diem tātū uł duos fuerit podagra
contingit ut ex precedēti materia sana sit genituz
sperma prolificum existens in testiculis uel uas
sis seminariis ex quo ꝑ copulationem cū muliere
beta fiet sortes sanus ergo ⁊c. Etiam ⁊ est fortius
ubi dicidatur ex nutrimēto aliqualiter alterato sꝫ
remisse contingens est: ⁊ uerisimile multū ut talis
malitia debilis corrigatur remanente spiritu ex il
lo membro ut pede decisso forti ⁊ sufficiente ex
materia proportionata pedū fortem generare po
tente ergo ⁊c. ⁊ sicut declaratum est ex parte sper
matis uiri proportiōali medio declarari potest ex
parte mestrui mulieris. Secunda conclusio nō
quelibet podagra a principiis generationis cōtra

cta est morbus hereditarius patet ubi propter in
fluxum ad aliam causam ex parte regiminis sint
debilitate iuncture pedum filij ita ut merito talis
dispositionis sit tale corpus aptum faciliter in ac
tualem morbum podagricum cadere ⁊ tamen pa
ter uel progenitores non fuerint podagrici idem
dico de matre tunc talis podagra in filio ex prin
cipijs generationis non debet dici morbus heredi
tarius ut patet ex supradictis. Tertia conclu
sio ubi nunq̃ pater uel mater actualiter uel habi
tualiter podagrici fuerint stat tamen in fetu ge
nerari podagram uel dispositionem habitualem
ad facile actualiter sic patiendum pro merito ta
lis dispositionis poterit dici talis ex hereditate cõ
tracta patet in casu ubi progenitores podagrici
fuerint ⁊ propter dispositionẽ debilitantem iunc
turas filij transfussam in filio mediante patre sa
no acquiretur in filio habitualis dispositio ut faci
liter incurrat egritudinem actualem podagricaꝫ
manifestum est tunc ꝙ talis dispositio debebit di
ci hereditaria qꝛ apparentibus derelicta est in fi
lio ergo ⁊c. Sed si forte dubitares hoc nõ esse
possibile ꝙ si auus fuerit podagricus ⁊ non pater
tandem ꝙ merito principij aui in patre fiat filius
podagricus dicatur hoc esse multum possibile i
mo de facto est uerum in multis ut experiẽtia ma
nifestat etiam ex sententia colligitur Arĩs quarto
de generatione aĩalium ubi uoluit quod motus
generantis quidam sunt in potentia propinqua q̃
dam remota quidam remotiore ⁊ motus in potẽ
tia remota sunt motus aui ⁊ in potentia remotio
re sunt motus proaui quoniã in patre relucet uir
tus patris eius ⁊ aui ex ꝯsequenti non est ĩpossi
bile qd̃ spiritus genitiuus in semine patris inclu
sus recipiat uirtutem informatiuam scd̃m motũ
aui ⁊ non patris uel propter influxum uel aereꝫ
⁊c. potest etiam contingere ꝙ materia mestrual'
obediat impressioni motus inducendi ex uirtute
aui ⁊ non patris propter multas contingentias si
considerabis ⁊ sic generabitur fetus scd̃m disposi
tionem aui ⁊ non patris ⁊c. Quarta conclusio
Et si podagra etiam diuturna ⁊ habitualis in pa
tre uel matre non necessario in filio hereditetur
est tamen talis podagra ex suma egritudinum q̃
hereditantur ut dicit textus. hec conclusio quo
ad primam partem probari posset. primo quoniã
malitia in spiritu decisso a pede patris uel etiam
malitia partis materie proportionata generatio
ni pedum filij quelibet talis malitia posset in uir
tute membrorum principalium corrigi ⁊ tũc nõ
generabitur pes debilis possꝫ ⁊ secundo talis ma
litia corrigi in uirtute astrorum. Etiam suppo
sito qd̃ pater fuerit podagricus unde merito sper
matis uirilis si materia esset receptiua impressio
nis dicti spermatis deberet generari dispositio si
milis in filio. stat quod materia non sit obediens
imo dicte impressioni contrarietur quo casu posi
to nulla in pedibus similis dispositio cum patre
generabitur ergo prima pars conclusionis uera

secunda uero pars est sententia textus nostri ⁊
mens. d. A. secunda primi loco allegato in oppo
situm questionis ubi connumerat podagram iter
morbos hereditarios potest etiam ratione proba
ri quoniam omne genitum producitur secundũ
dispositionem generantis nisi generans fuerit im
peditum sed cum sperma uirile quod prolificum
est utplurimum obtineat supra materiam gene
rationis sequitur qd̃ disponet materiam secũduꝫ
ipsius dispositionem cum igitur sperma dicissum
ab habitualiẽ podagrico prolificum existens sit
quadam dispositione secundum partem spirituo
sam a pedibus dicissam qualificatum talem uel
consimilem dispositionem in pedibus fetus pro
ducet. Sed hec talis dispositio est egritudo ut
dictum est in corpore questionis igitur egritudo
in patre hereditabitur in filio ⁊ sic est ex suma co
ruꝫ que hereditantur. Posset ẽt aliter probari
sed ad presens sufficiat Iaꝫ restat respondere ad
argumenta principalia facta ante oppositũꝫ. Ar
guebatur primo sic si quomodo foret vera maxie
esset ꝑꝑ motiuũ. d Aui. qꝛ sperma est dispositũ se
cundu complexioneꝫ generantis ⁊c. Sꝫ ꝙ hoc
fundamentum non esset sufficiens declarabatur
ꝑꝑ duo primo qꝛ sperma prolificũ videtur simile ĩ
toto ⁊ partibus igitur ⁊c. dicat' breuiter qd̃ licet
videatur simile quãtũ ad partem corpulentam se
cundũ quã tamen non est simpliciter simile tamẽ
secundũ partem spirituosaꝫ in eo inclusam ẽ mul
tum varie virtutis secunduꝫ vt i ea parte existũt
vel formaliter diuersi spiritus diuersorũ principa
lium mẽbrorũ etiã aliorum ꝑticulariũ multorũ vl'
saltem spiritus genitiuus uirtualem diuersitatem
dictorũ spirituũ ꝯtiet vñ ꝑꝑ talẽ varietatẽ nõ icõ
uenit uario modo ĩ diuersis mẽbris uarias ĩprimi
dispositiones ⁊c. maxie cũ virtus informatiua pre
cipue ⁊ in mẽte in dicto spiritu vel spiritibus fun
detur ⁊ sic sit ad primũ responsum. Arguebat'
scd̃o destruẽdo fundamentuꝫ qꝛ si verum id esset
ꝑꝑ id ꝙ sperma ex omnibus occiditur mẽbris sed
hoc ridiculum dicebat' de mente Aristot. qui ꝓ
babat ꝯtrium ⁊ ibi est inductum dicatur breuiter
cõcedendo cum pħo ꝙ sperma nõ fit scd̃uꝫ mate
riã dissolutionis mẽbrorũ ꝑꝑ motiuum suum ve
rũ tñ sperma sicut ⁊ sanguis mestruus fit ex ma
teria quadaꝫ qua potuissent membra nutriri ⁊ ex
fere simili nutriuntur. Et cuꝫ eadem sit materia
nutricationis ⁊ generationis secundum uarietatẽ
nutricationis diuersorũ membrorũ fit etiaꝫ varie
tas generationis diuersorũ membrorũ ⁊ cũ diuer
sis qualeficationibꝰ vnde nõ inconueniẽs genera
ri pedem debilem uel ꝑꝑ materiam proportiona
tam generationi pedis sic esse qualificataꝫ uel ꝑꝑ
spiritum a pede debili decissum sic esse qualifica
tum ⁊ debilitatum ⁊c. vt dictuꝫ est in questione.

Ad scd̃m principale cum arguebatur Febris nõ
est morbus hereditarius similiter neqꝫ idrops er
go ⁊c. ⁊ confirmabatur qm̃ ꝙ cũ in spermate duo
tñ consideremus principium. s. materiale quod ẽ

superfluum vltimi alimenti quod est ex epate .⁊
formale .i. pars spirituosa que maxime a virtute
cordis dependet vt dictum est sequitur ꝙ si macu
lato mēbro particulari vt pede sanguis uel spiri
tus inde decissus pp id maculentur ⁊ exinde mē
bruz proportionale quod exinde generatur rema
neat debilitatum sequitur ꝙ multo magis epate
vel corde lesis existentibus ⁊c. dicatur primo pro
babiliter ꝙ in talibus membris morbi nō possunt
diuturnari nā propter membrorū principalitatem
si stet notabile vitium in his membris ⁊ per tem
pus perseueret ad mortem deducet ⁊ ex dictis su
perius non fit morbus hereditarius nisi ex morbo
diuturno vel dicatur aliter ⁊ clarius ⁊ fundamen
talius ad materiā ꝙ morboruz in membris princi
palibus quidam sunt morbi simpliciter tales secū
dum quos ⁊ si non fiat lesio in consuetudinarijs
operationibus per tales tamen dicta mēbra sunt
apta faciliter labi in egritudinem nunc sicut esset
debilitas cerebri naturalis siue sequens malitiaz
complexionalem siue non per quam tale corpus
aptum est cadere in vertiginem vel alios morbos
actu tales idem dico de debilitate cordis natura
li vel habituali ēt ex tempore secundam quam ⁊
si ipsum cor non sit actu egrum faciliter tn̄ ex mo
dico vapore sibi cōicato vel ab itrinsico vel ab ex
trinsico aptum est cadere in lipotomiā tremorem
cordis vel sincopi ⁊ de huiusmodi egritudinibus
simplr non est dubium ꝙ si sint in altero parentū
⁊ non corrigantur per alium uel aliam causaz ta
les sunt maxime morbi hereditarij ⁊ de his intel
lexit Joh. damascenus prima particula suorum
Amf. cū dixit. Queādmodū taz viciorū aīq̄z fi
gure corporis a parētibꝰ cadit hr̄ditas ita quoqz
morbꝰ diuturnariꝰ ⁊ maxie si fuerit i pricipali mor
bo. Si autē dicti morbi in membris principalibus
fuerint actu tales ut idrops epatis vel febris cor
dis. tunc de tali dispositione principaliū talem pos
sumus facere consideratione: quoniam aut mate
ria uel spiritus ab illis membris dicisa taliter est
qualificata: qr nequaquā corrigibilis est a virtute
informatiua viri: ⁊ tunc dico ꝙ tale mestruuz nō
est aptū generationi: ⁊ consequenter non fiet mor
bus hereditarius i filio. Idē dico de spiritu deciso
ab epate viri ydropici: qm̄ mala dispositio in eo ē
talis ꝙ virtute alioruz spūuz inclusoꝝ in spiritu ge
nitiuo non pōt corrigi nec etiā a bonitate mestrui
mulieris: ⁊ tunc dico etiā ꝙ tale sperma virile nō
est prolificū. ⁊ sic consequēter non fit morbus he
reditarius: ⁊ hanc causam prolificationis expssit
d. Auice .21. tertij. cap. de sterilitate ⁊ difficultate
impregnationis cū dixit. Et de genere quidem
spermatis ex quo non fit generatio est. sperma infā
tis ⁊ patientis nausatiuā satietatē ⁊ ebrij ⁊ senis ⁊
eius qui pluriꝰ vtitur coitu: ⁊ cuius corpus non
est sanuz: intelligebat principaliter de egritudine
talium membrorū principaliū: ⁊ non omnium mē
broruz indifferenter: quoniā alia membra particu
laria cum sunt debilia ⁊ egra non propter hoc pro
hibent: quin sperma vtplurimum reddatur proli
ficum: quoniā generatio non fit principaliter i vir
tute illorū membrorum sed principalium: licet in
uirtute illorū fiat particulum assimiliatio mēbro
rum ut supra dictū est. Ideo notanter scda tertij
de spermate generante ⁊ n̄ generante dixit. d. A
Et spma habent̄ mēbra debilitata raro gnāt sa
nuz in hijs uerbis denotatur stantibus dictis mē
bris debilibus uel infirmis possibilitas generantis
⁊ similitudo generati Si uero talia membra ēēnt
lesa egritudine fm quam malitia in spiritu impssa
esset corrigibilis: quia debiliter impressa: ut esset
caliditꝰ in spiritu in certo febriente remouibilis p
frigiditꝰ mestrui mulieris: dicerez tale sperma esse
prolificū: ⁊ non ppterea fiet morbus hereditarius:
⁊ ratio est qr talis spiritus in semine inclusus non
remanet generans fm illam talem accidentalem
dispositionez inductaz a generante: imo illa remo
uetur ut patet: imo fortius dico qd̄ possibile est pp
dictam caliditatē iductā a generante tale sperma
cum hac muliere fiat prolificū propter frigiditatē
mestrui mulieris: ubi si fuisset in qualitatibꝰ tem
peratum non fuisset prolificum: ⁊ hoc quia p hāc
caliditatez deuenitur ad temperamētū quoddā ⁊c.
Et hanc sententiam expssit. d. Auic. 21. tertij. caplo
allegato cum dixit. Et loquebatur secundum me
dicorum sententiam de spermate mulieris. Et
quandoqz diuersificantur duo spermata propter
causam malicie complexionis in uno quoqz coruz
qd̄ cum alio non equatur: imo addit ei corruptio
nem. Nam cum permutant vel supple alteruz tā
tum permutatur inuenit vnūquodqz amboruz qd̄
equat ipsum cum contrarietate ⁊c. Eandem sen
tentiam explicuit Arist. xviij. de animalibus vbi
dixit quoniam omnia naturalia ⁊ artificalia non
fiunt nisi propter terminum ⁊ temperantiam ⁊c.
Addit. Euenit quod Iuuenes non generant ⁊ cū
iuerint in etate generabunt breuiter igitur respō
dendo ad motiuuz ⁊ confirmationem dicatur ar
gumetum hoc non valere idrops uel febris nō he
reditantur cum sint morbi principalium membro
rum ergo neqz egritudines particulariuz morbo
rum non hereditabuntur. argumen. non valet per
media que aducta sunt supra ⁊ hoc est fundamē
tum quia ad hoc quod sperma sit prolificum re
quiritur debita dispositio principaliuz ⁊ consequē
ter spirituum inde decissorum ⁊ non sit particula
rium vt patet ⁊ sic sit responsum ad totam difficul
tatem ⁊ consequenter ad questionem ⁊c. lege tu
lr̄am ⁊ est tota ista ps clara.

Et multotiens quidem ⁊c.

Iste est tertius specialis cañ circa istam ma
teriā ⁊ est multum notabilis ⁊ menti tenendus.
dicit ⁊ multotiens fit curatio doloris iuncturaruz
⁊ confortatio eaꝝ ⁊ expulsio materieꝝ ab eis cā ad
pnicie et aducēs rōnē dicit qm̄ ille supfluitates q̄

consueuerūt supfluere supple ī toto ⁊ puenire ad
iuncturas currunt alibi.i. ad alia loca facientes
cadere habētē eas.s.supfluitates in timore No
tandū p intellectu ptis de mente Auerois quinto
col'z q͛ via medicandi dolorez ē triplex vna ē re
motio cause doloris scōa stupefactio membri ter
tia impressio delitie in membrū īprimēdo qualita
tem membro conformē ⁊ ista ē que vere dicit͛ur
medicatiua qm̄ in primo genere vt ibidem dixit
Auerois cadunt multa genera medicinarum ut
solutiuaruz digestiuarum ⁊ resolutiuaruz ⁊c.Fm
genus est tantum medicatiuū per accidens prohi
bendo sensatōnem mēbri. Idem ēt ⁊ similibus
verbis dixit secundo canticoꝝ expresse. In propo
sito Aui.ibi loquitur de medicatio doloris quātū
ad primū moduz qui est remotio cause que ppri⁹
debet dici curatio q̄ȝ aliud gen⁹ medicañ dolorez
Ideo dixit multotiens quidem fit curatio ⁊c. At
tende tñ q͛ talis remotio cause doloris aliqñ fit al
terando qualitatem cause doloris aliquando eua
cuando cum solutiuis aliqñ repcutiendo ne fluat
⁊ membrū confortando. Curatio aūt doloris q̄
completur cum euacuatione materie siue sensibi
liter cū farmaco siue cum resolutiuis nō est illa q̄
timorosa sit q͛ per euacuationē materie nō habi
litantur alie materie ut fluant ad principalia illa
ēt que perficitur alterando qualitatē cause mate
rie in iuncturis non redditur timorosa ut patet il
la autem que cōpletur cum repcusiuis ⁊ conforta
tiuis membri illa est que suspecta est ⁊ de hac est
textus noster propterea dixit ⁊ multotiens quidē
fit curatio doloris iuncturarū ut inuat uiaz medi
cationis doloris que fit p ablationem materie eē
suspectam ⁊ non illam que pprie dicitur medica
tiua ⁊ quoniā non quelibet talis est suspecta sȝ ea
tm̄ que fit confortando ⁊ repcutiendo membrum
stipticando ⁊ consequenter phibendo ne ulteri⁹
dicte materie recipiantur explicuit continuando
de qua amotione cause intelligit dicens ⁊ confor
tatio earū ut ly ⁊ teneat͛ expositiue.i.amotio cau
se que fit cum confortatione membri ⁊ expulsio
ne materieruz ab eis talis ē que suspecta est ⁊ est
causa ad pniciem ulterius considerañ q͛ sentētia
textus verificatur de dolore iuncturarū qui fit p
uiam defluxus materie ⁊ non p uiam paulatine
congestionis materie in iuncturis q͛ ī illa que fit
p uiam congestionis materie uera curatio facta
euacuatione materie est membri cōfortatio neqȝ
propterea fit timor defluxu materie ad alia mem
bra q͛ non supfluunt in toto ut supponit͛ sed cum
in toto supfluunt ⁊ consequenter consuescunt flue
re ad iuncturas tunc stipticatio iuncture ⁊ cōfor
tatio est timorosa ⁊ ideo ad hoc declarādū dixit.
quoniam ille supfluitat͛ que consueuerunt super
fluere ⁊ peruenire ad iuncturas ecce q͛ loquitur
de ea que fit p uiam defluxus perueniunt ad mē
bra principalia ⁊ si non trahuntur ad iuncturas
i.cum efficiunt timorem pp repcussionem factam
⁊c.⁊ non inuenimus atrahendo ad iuncturas ⁊c.
uel aliter si non trahuntur ad iuncturas .i. si pro
hibentur ne moueantur ad iuncturas currūt ⁊c.

Ulterius notañ qō notant͛ dixit multotiens qm̄
non semper istud sequitur nam facta confortatio
ne iuncturarū ⁊ repcussione non potente natura
transmittere materias que in toto supfluūt ad iun
cturas forte extra corp⁹ euacuabit p manifestos
canalles ut per fluxum sanguinis nariuz si fuerit
sanguinea uel per sudorem si fuerit colleric a uel
per fluxum uentris ⁊c.⁊ sic non sequeretur timor
ubi ēt pp narietatē in regimine unde materie nō
multiplicarent͛ uel aliter p artem euacuarentur
materie cum sunt in toto multiplicate fluere ad
iuncturas ⁊ non fiat pmutatio ī regimine neqȝ ex
pte diete neqȝ ex pte euacuationum tunc utplu
rimum cuȝ fit ꝯfortatio iuncturarū ē timor de p
ditōe pp cām quā adducit.d.A.in hoc textu.

Uolentibus ergo nobis uere curare apodagra
uerbi gratia:q͛ in hac est maior timor q̄ȝ de dolo
re aliarum iuncturarū ppter maiorem promptitu
dinez ad materias recipieñ.facta euacuatiōe ma
terie anteq̄ȝ simpliciter repcutiemus ⁊ cōfortem⁹
pedes:prius ordinemus dietā p̄uisiuaȝ a multipli
catione materie fluxure:etiā ubi fuisset talis do
lor creticus ut de mense in mensem ante terminū
futuri fluxus euacuemus aliunde materiam:⁊ sic
corpus munduȝ conseruabitur:⁊ a doloribus iun
cturarū:⁊ ab alijs morbis cretice euenientibus:
⁊ isto casu poterim⁹ factis euacuationib⁹ p̄seruar͛
a dolorib⁹ iuncturarū:cōfortando iuncturas sine
timore:⁊ uti illis de quibus infra erit sermo cū de
terminabitur de cautela a doloribus iuncturaruȝ
alias si corpus fuerit imēperatū:⁊ nō uelit subici
regimini diete:ut ego multos homines cognoui q̄
malūt habere aliquādo dictos dolores q̄ȝ se absti
nere a multa potatione uini:precipue albi poten
tis:⁊ etiā nolūt obedire medicinis:isto casu debe
mus esse cauti in cōfortat͛ iuncturarū ⁊ phibitiōe
fluxure materie:⁊ p̄cipue quādo de multo tēpore
fuerit habituatus fluxus. Et hoc principaliter itē
debat.d.A.in textu ut nos cautos redderet ppter
timorez de quo in textu fit mentio:lege litteram.

Et multotiēs quidē fit curatio i.meditatio do
loris iuncturarū cuȝ amotione cause doloris:que
pprie dicitur curatio ad differentiā mitigationis:
que fit cū stupefactione membri uel cū iprimenti
bus deliciā in membro. Addit:⁊ confortatio earū
⁊ expulsio materierū ab eis.i.amotio cause:que
nō fit cum euacuatiōib⁹:⁊ resolutionib⁹⁊ remittē
tibus malitiā materie:sed cū confortatione earū
iuncturarū ⁊ repcussione:talis amotio materie ē
causa ad perniciem:uel aliter dicatur:q͛ curatio
doloris.i.mitigatio que fit cuȝ euacuatione cause
que debet dici curatio:ad quā euacuationem ma
terie sequitur confortatio ipsarum iuncturaruȝ ⁊
expulsio materierum ab eis:talis subsequens con
fortatio ⁊ expulsio materierū fit causa ad pnitiē ⁊
hoc sepe fit:qm̄ euacuata materia medici ne fiat
recidiua ꝯfortāt iuncturas ⁊ apponūt repcussiua
sup iūcturas cōiter:⁊ in hoc ē error:nisi ītēdam⁹
retificatōi corpis cū dieta ꝯuenieti ⁊ euacuatōib⁹

vt supra dictum ē pp cām adductam in textu. qm̄ ille supfluitat᷑ que ꝯsuete sunt ⁊c. ⁊ iste intellectꝰ uidetur clarior lege tu totum textum qꝛ clarus ē Sequitur illa pars.

Et aptiora tempora Ista ē q̄rta pars prime principalis ca. in qua ipse principaliter ponit que tempora sunt aptiora ad euentum dolorꝫ iuncturarū ⁊ duo facit principaliter qm̄ primo facit qḋ dictum est secundo ponit quosdaꝫ canones specia les secunda ibi. Et cum sacurrit᷑ doloribus ⁊c. igi tur ponendo canonē ⁊ reddendo cām illius dixit. Et aptiora tempora ad hoc vt in eis eueniant do lores iuncturaruꝫ ⁊ podagra. i. precipue podagra sunt ver propter motū sanguis ⁊ humorū in eo ⁊ auptūnus propter malitiam humoꝝ ⁊ digestiōis ⁊ antecessionē dilatationis pororuꝫ in estate ⁊ ex ca lore q̄ fortis fit ī die. Pro ītellectu ptis aduer te ꝙ in isto textu ꝫm ꝙ dn̄s Aui. expressit duo tem pora in quibus maxime eueniūt dolores iunctura rū. s. ver ⁊ autūnus: ita etiam si bene cōsideretur: explicuit duas cās generales euētus doloris iūctu rarū. s. cām per viam defluxus ⁊ hanc appropria uit veri. Et ideo dixit. Qꝛ ver pp motuꝫ sangui nis ⁊ humorū in eo est tempus aptum ⁊c. Ecce ex plicuit cām defluxus intellexit ēt causam doloris iuncturarū factam per viam paulatine cōgestio nis ⁊ hanc appropriauit auptūno ⁊ hoc mō innue bat cum dixit. Et auptūnus pp malitiam eorū humorū ⁊ digestionis supple malitiam est tempꝰ ⁊ qꝛ mala digestione facta in mēbris vnde mali generant᷑ humores ⁊ uirtutes membrorū particu lariū ⁊ iuncturarū reddunt᷑ ipotentes ad expulsio nem superfluitatuꝫ unde ꝯsequenter agregantur ⁊ sunt causa ⁊c. licet ista causa possit esse causa doloruꝫ per uiam defluxus ut patet consideranti dicta superius addit. Et antecessionem dillatatio nis pororuꝫ in estate. Intellige ꝙ propter talē an tecessionē dillatationis facta resolutione in uirtu te in auptūno coniungitur uirtus debilis que cau sa est ⁊c. Et ad hanc uirtutem ut debilitet᷑ adiu uat difformitas tempoꝝ auptūni ideo addit. Et ex calore q̄ fortis fit an die ⁊ supple in nocte aher in frigidatur hec enim inequalitas facit ad debilita tem uirtutis ⁊ sic tales cause faciunt ut aptiora tē pora ad euentum talium dolorum sunt uer ⁊ au ptumnus ut dicit textus. In uere quidem pro pter fluxum humorum ⁊ in auptūno propter ma litiam digestionis: ⁊ adducens causam talis ma litie digestionis ī auptumno dixit hoc supple fieri ꝓpter uirtuteꝫ esse debilitatā tunc: ⁊ hoc propter antecessionē dilatatōis. s. tēpore pororum: ⁊ conse quenter resolutionis facte: etiā ꝓpter iequalitatē ⁊ difformitatē temporū ipsius autūni: ex calore q̄ fortis fit in die: ⁊ supple infrigidatur aer in nocte. Similem sententiā huic: quantū ad secundā par tem textus posuit. H. 3. anffo. cōmēto. xvi. lege lit teram quia clara est.

Et cum sucurritur Ista est scd̄a pars huiꝰ par tis que in duas diuiditur: qm̄ primo ponit quosdā canones ꝓnosticos circa istā materiā. secūdo ipse reddit ad aduceñ. causas dolorū iuncturarū quo dāmodo eas epilogando: scd̄a ibi. Et de haben tibus dolores iuncturarū ⁊c. prima aducit i duas ꝫm duos pronosticos cañ. quos ponit: scd̄a ibi. Et quando apparent uarices ⁊c. De prima parte po nendo primū cañ. pronosticū dixit. Et cum sucur ritur doloribus iuncturarū in primis cū apparent fit eorum cura facilis. Qḋ si confirmentur ⁊ ꝯsue scant proprie illi qui generati sunt ex humoribus diuersis nō curantur. i. multū difficiliter curantur ratio cōclusionis quantū ad ambas partes videt᷑ esse clara: nam in principio mēbra iuncturaꝝ nō sunt adhuc debilitata: neqꝫ habituata ad mate rias recipieñ. vnde faciliter possunt materie cum fluunt ad alias permutare vias: mēbra etiaꝫ satis faciliter possunt confortari: cū non sint multum debilitata: unde non recipiēt: ⁊ sic facilius erit eo rum cura cū apparent in principijs: ⁊ maxie hoc dictū est uerum de ea que fit per uiaꝫ defluxus: lꝫ etiā uerificari possit de ea que fit per uiam paula tine congestionis ꝓpter mēbrum a principio non multuꝫ debilitatū posse a principio faciliter forti ficari. Econtra uero ⁊ est ratio scd̄e partis cuꝫ huiusmodi dolores sunt cōfirmati ⁊ consueti non faciliter curātur: tamē qꝛ membra iaꝫ sunt facta debilia. ⁊ meatus sunt amplificati ⁊ relaxati: ⁊ natura accepit cōsuetudine se exhonerare ad illa membra: ⁊ cum consuetudo fit alterata: quedam natura difficulter multū possunt mēbra retificari maxime inferiora ꝓpter situm ut in podagra ⁊ sia tica. In ciragra autē propter mobilitatē manuū ⁊ ex consequēti dispositionē naturaleꝫ passiuam ī atrahēdo materias difficulter disponūtur ne reci piant: relique etiā iuncture salteꝫ facte sunt apte propter laxitatē uiarum ⁊ ipsarū debilitatem ad recpienḋ. si ex multo tempore sint ꝯsuete: ⁊ sic oēs difficulter curātur: ⁊ precipue difficulter curant᷑ illi dolores qui generati sunt ex diuersis humoribꝰ ut dixit textus: quoniaꝫ in talibus debilitatis iun cturis ex multiplici malitia complexionali diuer sarum materierū male: ⁊ difficulter multuꝫ talis membrorū malitia est corrigibilis: etiaꝫ ex parte regiminis dicte ad prohibitionē diuersaruꝫ mate rierū difficilis habetur ordiatio: ⁊ sic tales assueti dolores difficulter multum sanantur. Aduerten dum tamen ꝙ facilitas curationis talium dolorū in principio non est in omnibus equalis: imo mul tum diuersa magnam in se continens latitudineꝫ quoniā in illis qui sunt naturaliter fortes in opera tionibus membrorum: sed propter indebitū tantū regimē icurrāt dolores iūcturaꝝ ut podagrā: vbi gratia: qꝛ multū pedibꝰ exercitāt᷑ cū usu multi coitꝰ ⁊ potatōe vini multi subtilis: ⁊ comestiōe aceti ⁊ multa mora pedum in aqua frigida post exerci tium laboriosum ⁊c. Isto casu in primis cum ap parent faciliter curantur si amicus obedire vellit ⁊ maxie faciliter. Sed si pp malitiā naturalē mē brorū radicaliū ⁊ dilatationē meatuuꝫ. cum malo

3. 22v. tr. 2.
Juncture

